



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio VII. De simplicitate diuinæ essentiaë.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

dem : quia per hmōi res corporales sciunt facilius posse cōpleri effectum ad quem inuocātur. Et hoc ipsi appetunt. vt. eorum virtus admirabilis habeatur. Et pp hoc sub certa cōstellatione aduocati magis adueniunt. Secundo inquātum hmōi corporalia sunt signa aliquorum spiritaliū quibus delectātur. Vnde Aug. dicit 21. de Cit. Dei, qd alliciunt dāmones his rebus, nō tamquā animal cibis, sed quasi spiritus signis. Quia enim homines in signum subiectionis Deo sacrificium offerunt, & prostrationes faciunt, gaudent hmōi reuerentiæ signa sibi exhiberi. Alliciuntur autē diuersi dāmones diuersis signis, fm qd diuersis uitijs ipsorum magis conueniunt. Tercio alliciuntur his corporalibus rebus, inquantum homines per eas in peccatum adducuntur : & inde est quod alliciuntur mendacijs, & his quæ homines in errorem vel peccatum inducere possunt.

b. 27. cap. in medio m. 5.

corp. art.

o. ordi. 11. 7.

o. ordi. 11. 7.

corp. ar.

o. ordi. 11. 7.

o. ordi. 11. 7.

o. ordi. 11. 7.

o. ordi. 11. 7.

o. ordi. 11. 7.

o. ordi. 11. 7.

o. ordi. 11. 7.

- A ¶ Secundò, Vtrum in Deo sit substantia vel essentia idem quod esse.
- ¶ Tertiò, Vtrum Deus sit in aliquo genere.
- ¶ Quartò, Vtrum bonum, iustum, sapiens, & huiusmodi, prædicent in Deo accedens.
- ¶ Quintò, Vtrum nomina prædicta significant diuinam substantiam.
- ¶ Sextò, Vtrum ista nomina sint synonyma.
- ¶ Septimò, Vtrum huiusmodi nomina dicantur de Deo & creaturis uniuoce uel æquiuoce.
- ¶ Octauò, Vtrum relationes quæ sunt inter Deum & creaturas, sint relatiuæ in ipsis creaturis.
- ¶ Nonò, Vtrum Deus realiter referatur ad creaturam, ita quod relatio ipsa sit res aliqua in Deo.
- B ¶ Decimò, Vtrum istæ relationes temporales sint in Deo secundum rationem.

ARTICVLVS PRIMVS.



VAESTIO est de simplicitate diuinæ essentis. Et primo queritur in generali, an Deus sit simplex. Et videtur qd non. Ab vno. n. simplici, nō est natum esse, nisi vni. idem

lib. 2. de ge. com. 56.

enim semper facit idem, secundū Philo. sed a Deo procedit multitudo. ergo ipse non est simplex.

- ¶ 2 Præ. Simplex si attingitur, totum attingitur: sed Deus a beatis attingitur, quia vt dicit Aug. in lib. de videndo Deum, attingere mente Deum magna est beatitudo. Si ergo sit simplex, totus attingit a beatis: sed qd totum attingitur, comprehenditur. ergo Deus a beatis comprehenditur: quod est impossibile. ergo Deus non est simplex.

- ¶ 3 Præ. Idem non se habet in ratione diuersarū causarum: sed Deus se habet in ratione diuersarū causarum. vt patet 11. Metaph. ergo in eo oportet esse diuersa. ergo oportet eum esse compositum.

- ¶ 4 Præ. Vbi cumq; est aliquid & aliquid, est compositio: sed in Deo est aliquid & aliquid. s. proprietates & essentia. ergo in Deo est compositio. Sed dicendum quod proprietates est idem quod essentia.

- ¶ 5 Sed contra, affirmatio & negatio nō verificantur de eodem: sed essentia diuina est cōcibilis tribus personis, proprietates autem est incommunicabilis. ergo proprietates & essentia non sunt idem.

- ¶ 6 Præ. De quocumq; prædicantur diuersa prædicamenta, illud est compositum: sed in diuina prædicatione uenit substantia & relatio. ut dicit Boet. in lib. de Trin. ergo Deus est compositum.

Circa modis libri de tri.

- D ¶ 7 Præ. In qualibet re est substantia, uirtus & operatio, ut dicit Dionys. ex quo uidetur, quod operatio sequitur uirtutem & substantiam: sed in operationibus diuinis est pluralitas. ergo in substantia eius inuenitur multitudo & compositio.

cap. 11. epl. hier. circa med. illius.

- ¶ 8 Præ. Vbi cumq; inueniuntur multitudo formarum, ibi oportet esse cōpositionē: sed in Deo inuenitur multitudo formarū: quia sicut dicit Comenta. oēs formæ sunt actu in primo motore, sicut sunt in potentia in prima materia. ergo in Deo est cōpositio.

lib. 11. meta. com. 18. in fi.

- ¶ 9 Præ. Quicquid aduenit alicui rei post esse compositum, inest ei accidentaliter: sed quædam dñr de Deo ex tpe, sicut qd sit creator & Dominus. ergo in sunt ei accidentaliter: accidētis autē ad subiectum est aliqua compositio. ergo in Deo est cōpositio.

- ¶ 10 Præ. Vbi cumque sunt multæ res, ibi est compositio: sed in Deo sunt tres personæ, quæ sunt tres res, ut dicit Aug. in lib. de doct. Christiana. ergo in Deo est compositio.

h. c. 5. to. 3. l. 8. inter me dium & fin.

SED CONTRA est quod Hil. dicit 8. de Trinit. Quasi. dif. S. Thomæ. I 3 Non

QVAESTIO VII.

De diuina essentia simplicitate.

Et Habet articulos decem.

¶ Primò Enim queritur, Vtrum Deus sit simplex.

lib. 3. de tri.
incc. mediū
& finem lib.
3. de mediū
lib. de t. in
vide 1. d. 18.
95. 4. ar. 1. &
1. q. 1. 2. 26
tiles. 16. 18.
19.
Quasi. 3. ar.
5. 6. 2. 16. &
q. 3. ar. 1. & 2.

Nō humano modo ex compositis est Deus, ut in eo aliud sit quod habet, & aliud sit ipse qui habet. **¶** 2. Præ. Boetius dicit in lib. de Trin. hoc vere vñ est in quo nullus est numerus. Vbi cumque autem compositio, est aliquis numerus, ergo Deus est absque compositioe omnino simplex.

RESPON. Dicendum, q̄ Deum esse simplicem modis oib. tenēdum est. Quod quidem ad præsens tribus rationibus potest probari, quarū prima talis est. Oñsūm est enim in alia disputatione, omnia entia ab uno primo ente esse, quod quidem primū ens Deum dicimus. Quamvis autem in vno, & eodem quod quandoq; inuenitur in actu quādoque in potentia, potentia tpe prius sit actu, natura autē postterius, simpliciter tamen oportet actū esse priorē potentia, non solum natura sed tpe, eo q̄ omne ens in potentia, reducitur in actum ab aliquo ente actu. Illud ergo ens, quod omnia entia fecit esse actu, & ipsum a nullo alio est, oportet esse primum in actu, absque aliqua potentia permissione. Nam si esset aliquo modo in potentia, oporteret aliud ens prius esse, per quod fieret actu. In omni autem composito quacumque compositione, oportet potentiam actū commisceri. In compositis enim vel vnum eorum, ex quibus est compositio, est in potentia ad alterum, ut materia ad formam, subiectum ad accidens, genus ad differentia, vel saltem omnes partes sunt in potentia ad totum. Nam partes ad materiam reducunt, totum vero ad formā, ut patet in 2. Phyls. & sic nullum compositum potest esse actus primus. Ens autem primum, qd̄ Deus est, oportet esse actū purum, ut ostensum est: impossibile est ergo deum compositum esse, vnde oportet q̄ sit omnino simplex. Secunda ratio est, quia cum compositio nō sit nisi ex diuersis, ipsa diuersa indigent aliquo agente ad hoc q̄ vniantur. Non enim diuersa in quantum huiusmodi, unita sunt. Omne autem compositum habet esse, secundum quod ea ex quibus componitur, vniantur. Oportet ergo q̄ oē compositum dependeat ab aliquo priore agente. primū ergo ens quod deus est, a quo sunt oia, non potest esse compositum. Tertia ratio est, quia oportet primū ens, quod deus est, esse perfectissimum, & per consequens optimum: non enim rerū principia imperfecta sunt, ut Pytha. & Leucippus esse mauerunt. Optimum autē est, in quo nihil est, quod careat bonitate, sicut albidissimum est in quo nihil nigredinis admisceat. Hoc autē in nullo composito est possibile. Nam bonum quod resultat ex compositione partū, per quod totum est bonum, nō inest alicui partū. Vnde partes non sunt bonæ illa bonitate, quæ est totius propria. Oportet ergo id qd̄ est optimū, esse simplicissimū, & oī cōpositione carere. Et hæc rationē ponit Philo. 1. 1. Metap. & Hil. in li. de Tri. vbi dicit, q̄ deus, quia lux est, non ex obscuris coarctat, neq; quia virtus est, ex infirmis continet.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ intentio Ari. non est q̄ ab vno nō possit pcedere multitudo. Cū. n. agēs agat sibi simile, & effectū deficiat à representatione suæ cā. oportet q̄ illud qd̄ in causa est unitū, in effectū multiplicetur: sicut in virtute solis sunt quasi vñ oēs formæ gnabiliū corporū, & tñ in effectū, distinguunt. Et exinde contingit q̄ p unā suā virtutem res aliqua potest inducere diuersos effectus: sicut ignis per suum calorem liquefacit, & coagulat, & mollificat, & indurat, & cōburit, & denigrat. Et homo p virtutē rationis acquirit diuersas scientias, &

lib. 3. co. 31.
ro. 2. in iio.
met. ar.
D. 467.

lib. 12. met.
co. 40. 10. 3.

7. de tri. non
senge a fine
i. ius.

F operat diuersarū artū opera. vñ, & multo amplius Deo p unā suā simplicē virtutē p̄t multa creare. Sed Phil. intendit, q̄ aliqd̄ manēs idē nō facit diuersa in diuersis tēporibus si sit agēs p necessitate nature, nisi forte p accēs hoc cōtingat ex diuersitate materie, q̄ alicui alterius accidētis: hoc tñ nō est ad p̄positū.

AD 1. dicendum, q̄ Deus a beatis mente attingitur totus, nō tñ totaliter: quia modus cognoscibilitatis diuinae excedit modū intellectus creati in infinitum. Et ita intellectus creatus non potest Deum ita perfecte intelligere sicut intelligibilis est, & propter hoc nō potest ipsum comprehendere.

AD 1. dicēdū, q̄ p vñ, & idē, Deus in rōne diuersarū causarū se habet: quia p hoc q̄ est actus primus, est agens, & est exemplar omnium formarū, & est bonitas pura & p consequens omnium finis.

AD 1. dicendum, q̄ proprietates, & essentialitates diuinae non differunt re, sed ratione tantum: ipsa enim paternitas, est diuina essentia, ut post patet.

AD 5. dicēdū, q̄ de eo qd̄ ē idē re, & differēt rōne, nihil prohibet cōtradictoria p̄dicari, ut dicit Phil. tertio Phyls. sicut patet q̄ idē punctū re, differēt rōne, est principū, & finis, & fm qd̄ est principū non est finis, & cōtrario. Vnde cū essentia, & proprietates sint idem re, & differant rōne, nihil prohibet quā vnū sit communicabile, & aliud incommunicabile.

AD 1. dicēdū, q̄ absoluta, & relatiua in diuina non differunt fm rē, sed solū fm rōnem, ut dictum est. Et ideo ex hoc nulla compositio relinquatur.

AD 1. dicēdū, q̄ opatio Dei potest cōsiderari vel ex parte operātis, vel ex parte opati, si ex parte operātis, sic i Deo nō ē nisi vna opatio, q̄ est sua essentia, non. n. agit res p actionē aliquam, q̄ sit media inter Deū, & ipsum factū: sed p suū intelligere, & suū velle, q̄ sunt ipsius esse. Si vero ex parte opati, sic sunt diuersæ opationes, & diuersi effectus diuine operationis: hoc autē compositionē in ipso non inducit.

AD 1. dicēdū, q̄ forma effectus inuenit aliter in agente naturali, & aliter in agente p artē. In agente namq; p naturā, i. uenit forma effectus fm q̄ agens in sua natura assimilatur sibi effectum: eo q̄ oē agens agit sibi simile. Quod qd̄ cōtingit dupliciter: quia enim effectus perfecte assimilatur agēti, vt pote ad quās agētis virtutē, tūc forma effectus est in agente fm eandem rōnem, vt patet in agentibus vniuersis, vt cū ignis generat ignem: qñ vero effectus nō perfecte assimilatur agēti, vt pote nō ad quāquā agētis virtutem, tunc forma effectus est in agente non fm eandē rōnem, sed sublimiori modo: vt patet in agentibus æquiuocis, vt cū sol generat ignē. In agentibus autē p artē, formæ effectūū præxiūnt fm eandem rōnem, nō autē eodē modo essendi. Nā in effectibus habet esse materiale: in mēte vero artificis habet esse intelligibile. Cū autē in intellectu dicat esse aliquod

K sicut id qd̄ intelligitur, & sicut species qua intelligitur, formæ artis sunt in mente artificis, sicut id quo intelligitur. Nā ex hoc q̄ artifex concipit formam artificiatū, pducit eam in materiā. Vtroque autē modo formæ rerū sunt in Deo: cum. n. ipse agit res per intellectū, non est sine actione naturæ. In inferioribus autē artificibus, ars agit virtute extraneæ naturæ, qua vitur vt instrumento, sicut figulus ignē ad coquendū laterē. Sed ars diuina non vitur extrinseci natura ad agēdum, sed virtute propriæ naturæ: sicut cum effectum: formæ ergo rerum sunt in natura diuina, vt in virtute operatiua, non fm eandem rōnem, cum nullus effectus virtutē illam adæquat.

Vnde

Vnde sunt ibi vt vnū omnes formæ, quæ in effectibus multiplicatur. Et sic nulla provenit inde compositio: Similiter in intellectu eius sunt multa intellecta per vnū, & idē, quod est sua essentia: Quod autem per vnū intelligantur multa, non inducit compositionem intelligentis: vnde nec ex hac parte sequitur compositio in Deo.

Ad nonum dicendū, q̄ relationes, q̄ dicuntur de Deo ex tēpore, nō sunt in ipso realiter: sed solū fm rationē. Ibi enim est realis relatio, q̄ vbi realiter aliquid dependet ab altero, vel simpliciter, vel secundum quid. Et propter hoc scientiæ est realis relatio ad scibile, non autem econuerso: sed fm rōnē tantum, vt patet per Philosophum quinto Metaphy. Et ideo cum Deus ab altero nullo dependeat, sed econuerso oia ab ipso dependant, a in rebus alijs sunt relationes ad Deum reales, in ipso autem ad res secundum rationem tantum, prout intellectus non potest intelligere relationem huius ad illud: nisi econuerso intelligat relationem illius ad hoc.

Ad x. dicendum, q̄ pluralitas personarum nullā cōpositionem in Deo inducit. Persona enim dupliciter possunt considerari, vno modo secundum q̄ comparantur ad essentiam cū qua sunt idem re, & sic patet quod non relinquatur aliqua compositio: alio vero modo secundum q̄ comparantur ad inuicem, & sic comparantur vt distinctæ, non vt adunata. Et propter hoc, nec ex hac parte potest esse cōpositio, nam omnis compositio est vnio.

ARTICVLVS II.

Vtrum in Deo sit substantia vel essentia idem quod esse.

Secundo queritur vtrum in Deo sit substantia vel essentia idem quod esse. Et videtur quod nō. Dicitur in Dam. in primo libro, Quoniā quidē Deus est, manifestum est nobis: quid vero sit fm substantiam, & naturam, incomprehensibile est omnino & ignotum: nō autem potest esse idem notū, & ignotum, ergo non est idem esse Dei, & substantia vel essentia eius. Sed diceretur quod etiā ipsum esse Dei ignotum est nobis quid sit, sicut & eius substantia.

Sed cōtra, Duz quæstiones diuersæ sunt, an est, & quid est, ad quarum vnā respondere scimus: ad aliam vero non, vt etiam ex prædicta auctoritate patet, ergo id quod respondet ad an, est de Deo, & q̄ respondet ad quid est, non est idem: sed an est respondet esse, ad quid est, substantia vel natura. Sed dicendum, quod esse Dei cognoscitur non per seipsum, sed per similitudinem creaturæ.

Sed cōtra: In creatura, est esse & substantia vel natura, & cum vtrumque habeat a Deo, secundum vtrumque Deo assimilatur, eo quod agens agit sibi simile. Si ergo esse Dei cognoscitur per similitudinem esse creati, oportet quod eius substantia cognoscatur per similitudinem substantiæ creatæ. Et sic de Deo sciremus nō solum quoniā est, sed quid est.

Præter. Vnumquodque dicitur differre ab altero per suam substantiam: per id autem quod est omnibus cōmune, nihil ab altero differt. Vnde & Philosophus dicit, quod ens non debet poni in definitione, quia per hoc definitum a nullo distingueretur. ergo nullius rei ab alijs distinctæ substantia est ipsum esse, cum sit omnibus commune: sed Deus est res ab omnibus alijs rebus distincta. ergo suum esse non est sua substantia.

Præter. Non sunt diuersæ res, nisi quantum est diuersum esse, sed esse huius rei nō est diuersum ab esse alterius in quantum est esse, sed in quantum est in tali vel in tali natura. Si ergo aliquid esse sit, quod non sit in aliqua natura, quæ differat ab ipso esse, hoc nō erit diuersum ab aliquo alio esse. Et ita sequitur si diuina substantia est eius esse, quod ipse sit esse cuiuslibet commune.

Præter. Ens, cui non fit additio, est ens omnibus cōe: sed si Deus sit ipsum suum esse, erit ens, cui nō fit additio, ergo erit commune, & ita prædicabitur de vnoquoq; & erit Deus mistus rebus omnibus, quod est hæreticum, & contra Philosophum dicentem in lib. de Causis, quod causa prima regit omnes res præterquam quod commisceatur cum eis.

Præter. Ei quæ est omnino simplex, non conuenit aliquid in concretionem dictum: esse autē huiusmodi est, sic enim videtur se habere esse ad essentiam, sicut album ad albedinem, ergo inconuenienter dicitur, quod diuina substantia sit esse.

Præter. Boet. dicit in lib. de Hebdo. Omne quod est, participat eo quod est esse, ut sit, alio uero participat, ut aliquid sit, sed Deus est, ergo præter esse suum est in eo aliquid aliud quo hēt ut aliquid sit.

Præter. Deo, qui est perfectissimus, id quod est imperfectissimū non est attribuendum, sed esse est imperfectissimū, sicut prima materia: sicut enim materia prima determinatur p̄ omnes formas, ita esse, cum sit imperfectissimum determinari habet p̄ oia propria prædicamenta, ergo sicut materia prima non est in Deo, ita nec esse dēt diuinæ substantiæ attribui.

Præter. Id quæ significatur per modum effectus, non conuenit substantiæ primæ, quæ non habet principium: sed esse est huiusmodi. Nam omne ens per principia suæ essentiæ habet esse, ergo substantia Dei inconuenienter dicitur quod sit ipsum esse.

Præter. Omnis propositio est per se nota, in qua idem de ipso prædicatur: sed si substantia Dei sit ipsum suum esse, idem erit in subiecto, & prædicato, cū dicitur, Deus est, ergo erit propositio per se nota: quod videtur esse falsum, cum sit demonstrabilis, non ergo ipsum esse Dei est substantia.

Sed, cōtra est, quod Hil. dicit in lib. de Trin. Esse non est accidens Deo, sed subsistens veritas: id autem quod est subsistens, est rei substantia, ergo esse Dei est eius substantia.

Præter. Raby Moy. dicit q̄ Deus est ens, non in essentia, & uiuens non in uita, & est potens non in potentia, & sapiens non in sapientia, ergo in Deo non est aliud essentia quam suum esse.

Præter. Vnaquæq; res proprie denominatur a sua quidditate, nomen enim proprie significat substantiam, & quidditatē, ut h̄r 4. Metaphy. sed hoc nomen quid est, est inter cetera magis proprium nomen Dei, ut patet Exod. 4. Cum ergo hoc nomen imponatur ad hoc quod est esse, videtur quod ipsum esse Dei, sit sua substantia.

Respond. Dicendum, q̄ in Deo nō est aliud esse, & sua substantia. Ad cuius euidentiā considerandum est, q̄ cum aliqua causæ effectus diuersos, p̄ducentes cōicant in uno effectū, præter diuersos effectus, oportet q̄ illud commune producant ex uirtute alicuius superioris causæ, cuius illud est proprius effectus. Et hoc ideo, quia cū proprius effectus p̄ducatur ab aliqua causa fm suam propriā naturam uel formā, diuersæ causæ habentes diuersas naturas, & formas, oportet quod habeant proprios effectus.

Quæst. dis. S. Thoma. I 4 di-

In propo. 20. co. 1. inter opora Aristo.

In lib. An oE quod est bonum sit a meo dieo illius.

Li. 7. non 15. ge. a princ. illius.

Lib. 4. co. 12. rom. 5.

D. 46r. Vide in 1. p. q. 1. a. & 5. c. 1. q. 1. art. 1. cōtra. ca. 11. & lib. 3. c. 20.

lib. 3. de tri.
incc. mediū
& finem lib.
3. de medi.
lib. de t. in.
Vide 1. d. 18.
95. 4. ar. 1. &
1. q. 1. 2. 26
tiles. 16. 18.
19.
Quasi. 3. ar.
5. 6. 2. 16. &
q. 3. ar. 1. & 2.

Nō humano modo ex compositis est Deus, ut in eo aliud sit quod habet, & aliud sit ipse qui habet. **¶** 2. Præ. Boetius dicit in lib. de Trin. hoc vere vñ est in quo nullus est numerus. Vbi cumque autem compositio, est aliquis numerus, ergo Deus est absque compositioe omnino simplex.

RESPON. Dicendum, q̄ Deum esse simplicem modis oib. tenēdum est. Quod quidem ad præsens tribus rationibus potest probari, quarū prima talis est. Oñsūm est enim in alia disputatione, omnia entia ab uno primo ente esse, quod quidem primū ens Deum dicimus. Quamuis autem in vno, & eodem quod quandoq; inuenitur in actu quādoque in potentia, potentia tpe prius sit actu, natura autē postterius, simpliciter tamen oportet actū esse priorē potentia, non solum natura sed tpe, eo q̄ omne ens in potentia, reducitur in actum ab aliquo ente actu. Illud ergo ens, quod omnia entia fecit esse actu, & ipsum a nullo alio est, oportet esse primum in actu, absque aliqua potentia permissione. Nam si esset aliquo modo in potentia, oporteret aliud ens prius esse, per quod fieret actu. In omni autem composito quacumque compositione, oportet potentiam actū commisceri. In compositis enim vel vnum eorum, ex quibus est compositio, est in potentia ad alterum, ut materia ad formam, subiectum ad accidens, genus ad differentia, vel saltem omnes partes sunt in potentia ad totum. Nam partes ad materiam reducunt, totum vero ad formā, ut patet in 2. Phyls. & sic nullum compositum potest esse actus primus. Ens autem primum, qd̄ Deus est, oportet esse actū purum, ut ostēsum est: impossibile est ergo deum compositum esse, vnde oportet q̄ sit omnino simplex. Secunda ratio est, quia cum compositio nō sit nisi ex diuersis, ipsa diuersa indigent aliquo agente ad hoc q̄ vniantur. Non enim diuersa in quantum huiusmodi, unita sunt. Omne autem compositum habet esse, secundum quod ea ex quibus componitur, vniantur. Oportet ergo q̄ oē compositum dependeat ab aliquo priore agente. primū ergo ens quod deus est, a quo sunt oia, non potest esse compositum. Tertia ratio est, quia oportet primū ens, quod deus est, esse perfectissimum, & per consequens optimum: non enim rerū principia imperfecta sunt, ut Pytha. & Leucippus esse mauerunt. Optimum autē est, in quo nihil est, quod careat bonitate, sicut albidissimum est in quo nihil nigredinis admisceat. Hoc autē in nullo composito est possibile. Nam bonum quod resultat ex compositione partū, per quod totum est bonum, nō inest alicui partū. Vnde partes non sunt bonæ illa bonitate, quæ est totius propria. Oportet ergo id qd̄ est optimū, esse simplicissimū, & oī cōpositione carere. Et hæc rationē ponit Philo. 1. 1. Metap. & Hil. in li. de Tri. vbi dicit, q̄ deus, quia lux est, non ex obscuris coarctat, neq; quia virtus est, ex infirmis continet.

lib. 3. co. 31.
ro. 2. in iio.
met. ar.
D. 467.

lib. 12. met.
co. 40. 10. 3.

7. de tri. non
senge a fine
i. ius.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ intentio Ari. non est q̄ ab vno nō possit pcedere multitudo. Cū. n. agēs agat sibi simile, & effectū deficiat à representatione suæ cā. oportet q̄ illud qd̄ in causa est unitū, in effectū multiplicetur: sicut in virtute solis sunt quasi vñ oēs formæ gnabiliū corporū, & tñ in effectū, distinguunt. Et exinde contingit q̄ p unā suā virtutem res aliqua potest inducere diuersos effectus: sicut ignis per suum calorem liquefacit, & coagulat, & mollificat, & indurat, & cōburit, & denigrat. Et homo p virtutē rationis acquirit diuersas scientias, &

F operat diuersarū artū opera. vñ, & multo amplius Deo p unā suā simplicē virtutē p̄t multa creare. Sed Phil. intendit, q̄ aliqd̄ manēs idē nō facit diuersa in diuersis tēporibus si sit agēs p necessitate nature, nisi forte p accēs hoc cōtingat ex diuersitate materie, q̄ alicui alterius accidētis: hoc tñ nō est ad p̄positū.

AD II. dicendum, q̄ Deus a beatis mente attingitur totus, nō tñ totaliter: quia modus cognoscibilitatis diuinae excedit modū intellectus creati in infinitum. Et ita intellectus creatus non potest Deum ita perfecte intelligere sicut intelligibilis est, & propter hoc nō potest ipsum comprehendere.

AD III. dicēdū, q̄ p vñ, & idē, Deus in rōne diuersarū causarū se habet: quia p hoc q̄ est actus primus, est agens, & est exemplar omnium formarū, & est bonitas pura & p consequens omnium finis.

AD IIII. dicendum, q̄ proprietates, & essentialitates diuinae non differunt re, sed ratione tantum: ipsa enim paternitas, est diuina essentia, ut post patet.

AD V. dicēdū, q̄ de eo qd̄ ē idē re, & differēt rōne, nihil prohibet cōtradictoria p̄dicari, ut dicit Phil. tertio Phyls. sicut patet q̄ idē punctū re, differēt rōne, est principū, & finis, & fm qd̄ est principū non est finis, & eōtrario. Vnde cū essentia, & proprietates sint idem re, & differant rōne, nihil prohibet quā vnū sit communicabile, & aliud incommunicabile.

AD VI. dicēdū, q̄ absoluta, & relatiua in diuina non differunt fm rē, sed solū fm rōnem, ut dictum est. Et ideo ex hoc nulla compositio relinquatur.

AD VII. dicēdū, q̄ opatio Dei potest cōsiderari vel ex parte operātis, vel ex parte opati, si ex parte operātis, sic i Deo nō ē nisi vna opatio, q̄ est sua essentia, non. n. agit res p actionē aliquam, q̄ sit media inter Deū, & ipsum factū: sed p suū intelligere, & suū velle, q̄ sunt ipsius esse. Si vero ex parte opati, sic sunt diuersæ opationes, & diuersi effectus diuine operationis: hoc autē compositionē in ipso non inducit.

AD VIII. dicēdū, q̄ forma effectus inuenit aliter in agente naturali, & aliter in agente p artē. In agente namq; p naturā, i. uenit forma effectus fm q̄ agens in sua natura assimilatur sibi effectum: eo q̄ oē agens agit sibi simile. Quod qd̄ cōtingit dupliciter: quoniam enim effectus perfecte assimilatur agēti, vt pote adæquas agētis virtutē, tūc forma effectus est in agente fm eandem rōnem, vt patet in agentibus vniuersis: vt cū ignis generat ignem: qñ vero effectus nō perfecte assimilatur agēti, vt pote nō adæquans agētis virtutem, tunc forma effectus est in agente non fm eandē rōnem, sed sublimiori modo: vt patet in agentibus æquiuocis, vt cū sol generat ignē. In agentibus autē p artē, formæ effectūū præxiūnt fm eandem rōnē, nō autē eodē modo essendi. Nā in effectibus habēt esse materiale: in mēte vero artificis habēt esse intelligibile. Cū autē in intellectu dicat esse aliquod

K sicut id qd̄ intelligitur, & sicut species qua intelligitur, formæ artis sunt in mente artificis, sicut id quo intelligitur. Nā ex hoc q̄ artifex concipit formam artificiatam, pducit eam in materiā. Vtroque autē modo formæ rerū sunt in Deo: cum. n. ipse agit res per intellectū, non est sine actione naturæ. In inferioribus autē artificibus, ars agit virtute extraneæ naturæ, qua vititur vt instrumento, sicut figulus ignē ad coquendū laterē. Sed ars diuina non vititur extrinseci natura ad agēdum, sed virtute propriæ naturæ: sicut cum effectum: formæ ergo rerum sunt in natura diuina, vt in virtute operatiua, non fm eandem rōnem, cum nullus effectus virtutē illam adæquatur. Vnde

Vnde sunt ibi vt vni omnes formæ, quæ in effectibus multiplicatur. Et sic nulla provenit inde compositio: Similiter in intellectu eius sunt multa intellecta per vnum, & idem, quod est sua essentia: Quod autem per vnum intelligitur multa, non inducit compositionem intelligentis: vnde nec ex hac parte sequitur compositio in Deo.

Ad nonum dicendum, quod relationes, quod dicuntur de Deo ex tempore, non sunt in ipso realiter: sed solum secundum rationem. Ibi enim est realis relatio, quod ubi realiter aliquid dependet ab altero, vel simpliciter, vel secundum quid. Et propter hoc scientia est realis relatio ad scibile, non autem e converso: sed secundum rationem tantum, vt patet per Philosophum quinto Metaphysicorum. Et ideo cum Deus ab altero nullo dependeat, sed e converso omnia ab ipso dependant, in rebus alijs sunt relationes ad Deum reales, in ipso autem ad res secundum rationem tantum, prout intellectus non potest intelligere relationem huius ad illud: nisi e converso intelligat relationem illius ad hoc.

Ad x. dicendum, quod pluralitas personarum nullam compositionem in Deo inducit. Personæ enim dupliciter possunt considerari, vno modo secundum quod comparantur ad essentiam cum qua sunt idem re, & sic patet quod non relinquatur aliqua compositio: alio vero modo secundum quod comparantur ad inuicem, & sic comparantur vt distinctæ, non vt adunata. Et propter hoc, nec ex hac parte potest esse compositio, nam omnis compositio est vni.

ARTICVLVS II.

Vtrum in Deo sit substantia vel essentia idem quod esse.

Secundo queritur vtrum in Deo sit substantia vel essentia idem quod esse. Et videtur quod non. Dicitur in Damasceno in primo libro, Quonia quidam Deus est, manifestum est nobis: quid vero sit sui substantiam, & naturam, incomprehensibile est omnino, & ignotum: non autem potest esse idem notum, & ignotum, ergo non est idem esse Dei, & substantia vel essentia eius. Sed diceretur quod etiam ipsum esse Dei ignotum est nobis quid sit, sicut & eius substantia.

Sed contra, Dux questiones diuersæ sunt, an est, & quid est, ad quarum vnâ respondere scimus: ad aliam vero non, vt etiam ex prædicta auctoritate patet, ergo id quod respondet ad an, est de Deo, & quod respondet ad quid est, non est idem: sed an est respondet esse, ad quid est, substantia vel natura. Sed dicendum, quod esse Dei cognoscitur non per seipsum, sed per similitudinem creaturæ.

Sed contra, In creatura, est esse & substantia vel natura, & cum vtrumque habeat a Deo, secundum vtrumque Deo assimilatur, eo quod agens agit sibi simile. Si ergo esse Dei cognoscitur per similitudinem esse creati, oportet quod eius substantia cognoscatur per similitudinem substantiæ creaturæ. Et sic de Deo sciremus non solum quonia est, sed quid est.

Præterea, Vnum quodque dicitur differre ab altero per suam substantiam: per id autem quod est omnibus commune, nihil ab altero differt. Vnde & Philosophus dicit, quod ens non debet poni in definitione, quia per hoc definitum a nullo distingueretur, ergo nullius rei ab alijs distinctæ substantia est ipsum esse, cum sit omnibus commune: sed Deus est res ab omnibus alijs rebus distincta, ergo suum esse non est sua substantia.

Præterea, Non sunt diuersæ res, nisi quantum est diuersum esse, sed esse huius rei non est diuersum ab esse alterius in quantum est esse, sed in quantum est in tali vel in tali natura. Si ergo aliquid esse sit, quod non sit in aliqua natura, quæ differat ab ipso esse, hoc non erit diuersum ab aliquo alio esse. Et ita sequitur si diuina substantia est eius esse, quod ipse sit esse cuiuslibet commune.

Præterea, Ens, cui non fit additio, est ens omnibus commune: sed si Deus sit ipsum suum esse, erit ens, cui non fit additio, ergo erit commune, & ita prædicabitur de vnoquoque; & erit Deus mixtus rebus omnibus, quod est hæreticum, & contra Philosophum dicitur in libro de Causis, quod causa prima regit omnes res præterquam quod commisceatur cum eis.

Præterea, Ei quod est omnino simplex, non conuenit aliquid in concrecione dictum: esse autem huiusmodi est, sic enim videtur se habere esse ad essentiam, sicut album ad albedinem, ergo inconuenienter dicitur, quod diuina substantia sit esse.

Præterea, Boetius dicit in libro de Hebdomada, Omne quod est, participat eo quod est esse, ut sit, alio uero participat, ut aliquid sit, sed Deus est, ergo præter esse suum est in eo aliquid aliud quo hæret ut aliquid sit.

Præterea, Deo, qui est perfectissimus, id quod est imperfectissimum non est attribuendum, sed esse est imperfectissimum, sicut prima materia: sicut enim materia prima determinatur per omnes formas, ita esse, cum sit imperfectissimum determinari habet per omnia propria prædicamenta, ergo sicut materia prima non est in Deo, ita nec esse dicitur diuinæ substantiæ attribui.

Id quod significatur per modum effectus, non conuenit substantiæ primæ, quæ non habet principium: sed esse est huiusmodi. Nam omne ens per principia suæ essentiæ habet esse, ergo substantia Dei inconuenienter dicitur quod sit ipsum esse.

Omnis propositio est per se nota, in qua idem de ipso prædicatur: sed si substantia Dei sit ipsum suum esse, idem erit in subiecto, & prædicato, cum dicitur, Deus est, ergo erit propositio per se nota: quod videtur esse falsum, cum sit demonstrabilis, non ergo ipsum esse Dei est substantia.

Contra, quod Hilarius dicit in libro de Trinitate, Esse non est accidens Deo, sed subsistens veritas: id autem quod est subsistens, est rei substantia, ergo esse Dei est eius substantia.

Præterea, Raby Moy. dicit quod Deus est ens, non in essentia, & uiuens non in uita, & est potens non in potentia, & sapiens non in sapientia, ergo in Deo non est aliud essentia quam suum esse.

Vnaquæque res proprie denominatur a sua quidditate, nomen enim proprie significat substantiam, & quidditatē, ut habet Philosophus in libro 4. Metaphysicorum. sed hoc nomen quid est, est inter cetera magis proprium nomen Dei, ut patet Exodus 4. Cum ergo hoc nomen imponatur ad hoc quod est esse, videtur quod ipsum esse Dei, sit sua substantia.

Dicendum, quod in Deo non est aliud esse, & sua substantia. Ad cuius euentiam considerandum est, quod cum aliqua causæ effectus diuersos producentes coeant in uno effectu, præter diuersos effectus, oportet quod illud commune producant ex uirtute alicuius superioris causæ, cuius illud est proprius effectus. Et hoc ideo, quia cum proprius effectus producat ab aliqua causa secundum suam propriam naturam uel formam, diuersæ causæ habentes diuersas naturas, & formas, oportet quod habeant proprios effectus.

Quæst. dis. S. Thoma. I 4 di-

In propo. 20. co. 1. inter opora Aristo.

In lib. An. o. E quod est bonum sit a me dieo illius.

Li. 7. non 15. ge. a princ. illius.

Lib. 4. co. 12. rom. 5.

D. 46. r. Vide in 1. p. q. 1. a. & 5. c. 1. q. 1. art. 1. contra. c. 1. & 11. & lib. 3. c. 20.

1. r. ortho. dei cap. 1.

arg. pr. danti.

metaph. 10. & 11. 20.

diversos. Unde, si in aliquo vno effectu conveniunt, ille non est proprius alicuius earum: sed alicuius superioris, in cuius virtute agit. Sicut patet quod diversa complexionata conveniunt in calefaciendo, ut piper, & zinziber, & similia, quamvis unum quodque eorum habeat suum proprium effectum, tamen ab effectu alterius. Unde effectum communem oportet reducere in priorē causam, cuius sit proprius, sicut ignem. Similiter in motibus celestibus, sphaeræ planetarum singulae habent proprios motus, & cum hoc habeat unum commune, quem oportet esse proprium alicuius sphaeræ superioris omnes reuolventes secundum motum diurnum. Omnes autem causae creatae concitant in vno effectu, qui est esse, licet singulae proprios effectus habeant in quibus distinguuntur. Calor enim facit calidam esse, & edificator facit domum esse. Conveniunt ergo in hoc, quod causant esse, sed differunt in hoc quod ignis causat ignem, & edificator causat domum. Oportet ergo esse aliquam causam superiorem omnibus, cuius virtute omnia causent esse, & eius esse sit proprius effectus. Et haec causa est Deus. Proprius autem effectus cuiuslibet causae procedit ab ipsa secundum similitudinem suae naturae. Oportet ergo quod hoc quod est esse, sit substantia vel natura Dei. Et propter hoc dicitur in libro de Causis, quod intelligentia non dat esse, nisi inquantum est divina, & quod primus effectus est esse, & non est ante ipsum creatum aliquid.

D. 38. In proposi. 9. 10. 3. inter opera Arist.

Lib. 10. text. 13. & 14.

Ad primum ergo dicendum quod ens, & esse dupliciter, ut patet in Metaphysica. Quandoque enim significat essentiam rei, sicut actum essendi. Quandoque vero significat veritatem propositionis, etiam in his, quae esse non habent, sicut dicimus, quod caecitas est, quia verum est hominem esse caecum. Cum ergo dicat Damascenus, quod esse Dei est nobis manifestum accipitur esse Dei secundo modo, & non primo. Primo enim modo est idem esse Dei quod eius substantia, & sicut eius substantia est ignota, ita & esse. Secundo autem modo scimus, quoniam Deus est, quoniam hanc propositionem in intellectu nostro accepimus ex effectibus ipsis. Et per hoc patet solutio ad secundum, & tertium.

Propos. 4.

Ad quartum dicendum, quod esse divinum, quod est eius substantia, non est esse commune, sed est esse distinctum a quolibet alio esse. Unde per ipsum suum esse, Deus differt a quolibet alio ente. Ad quintum dicendum, quod sicut dicitur in libro de Causis ipsum esse Dei distinguitur, & individuatur a quolibet alio esse, per hoc ipsum quod est esse per se subsistens, & non adveniens alicui naturae, quae sit aliud ab ipso esse. Omne autem aliud esse, quod non est subsistens, oportet, quod individuetur per naturam, & substantiam, quae in tali esse subsistit. Et in eis verum est, quod esse huius est aliud ab esse illius per hoc, quod est alterius naturae. Sicut si esset unus calor per se existens sine materia vel subiecto, ex hoc ipso ab omni alio calore distingueretur, licet calores in subiecto existentes non distinguantur nisi per subiecta.

Ad sextum dicendum, quod ens concipitur est cui non fit additio, de cuius ratione non est, ut ei additio fieri non possit, sed esse divinum est esse, cui non fit additio, & de eius ratione est ut ei additio fieri non possit: unde divinum esse non est esse concipitur. Sicut, & animali concipitur non fit additio in sua ratione, rationalis differentiae: non tamen est de ratione eius quod ei additio fieri non possit, hoc enim est de ratione animalis irrationalis, quae est species animalis.

Ad septimum dicendum, quod modus significandi in dictionibus, quae a nobis imponuntur, sequitur modum intelligendi: dictiones enim significant intellectum conceptiones, ut dicitur in principio Periher. Intellectus autem noster hoc modo intelligit esse, quo modo invenit in rebus inferioribus, a quibus scientiam capit, in quibus esse non est subsistens, sed inhaerens. Ratio autem invenit, quod aliud esse subsistens sit. Et ideo licet hoc quod dicunt esse, significetur per modum concretionis, tamen intellectus attribuens esse Deo, transcendit modum significandi, attribuens Deo id quod significatur, non autem modum significandi.

Ad octavum dicendum, quod dictum Boetii intelligitur de illis, quibus esse competit per participationem, non per essentiam: quod enim per essentiam suam est, si vim locutionis attendamus, magis debet dici quod est ipsum esse, quam sit id quod est.

Ad nonum dicendum, quod hoc quod dico esse, est inter omnia perfectissimum: quod ex hoc patet: quia actus est semper perfectior potentia, quolibet autem forma signata, non intelligitur in actu, nisi per hoc quod esse ponitur. Nam humanitas vel igneitas potest considerari, ut in potentia materiae existens, vel ut in virtute agentis, aut etiam ut in intellectu: sed hoc quod habet esse, efficitur actu existens. Unde patet quod hoc quod dico esse, est actualitas omnium actuum: & propter hoc est perfectio omnium perfectionum. Nec intelligendum est, quod ei quod dico esse, aliquid addatur quod sit formalium, ipsum determinans, sicut actus potentiam, esse enim quod huiusmodi est, est aliud secundum essentiam ab eo cui additur determinandum: nihil autem potest addi ad esse, quod sit extraneum ab ipso, cum ab eo nihil sit extraneum, nisi non ens, quod non potest esse, nec forma, nec materia. Unde non sic determinatur esse per aliud, sicut potentia per actum: sed magis fit actus per potentiam. Nam & in definitione formarum ponuntur propria materia loco differentiae, sicut cum dicitur, quod anima est actus corporis physici organici. Et per hunc modum, hoc esse ab illo esse distinguitur, in quantum est talis vel talis natura. Et per hoc dicit Dionysius, quod licet unum sit nobiliora quam existentia: tamen esse est nobilior quam vivere. viventia enim non tantum habent vitam, sed cum vita simul habent & esse.

Ad x. dicendum, quod secundum ordinem agerium est ordo finium, ita quod primo agenti responderet finis ultimus, & proportionaliter per ordinem alij fines alij agentibus. Si enim consideretur rector civitatis, & dux exercitus & vnus singularis miles, constat quod rector civitatis est prior in ordine agerium, ad cuius imperium dux exercitus ad bellum pedit: & sub eo est miles, qui secundum ordinationem ducis exercitus manibus pugnat. Finis autem militis est prosternere hostem, quod ulterius ordinatur ad victoriam exercitus, quod est finis ducis, & hoc ulterius ordinatur ad bonum statum civitatis vel regni, quod est finis rectoris, & regis. Esse ergo quod est proprius effectus & finis in operatione primi agentis, oportet quod reneat locum ultimi finis: finis autem licet sit primum in intentione, est tamen postremum in operatione, & est effectus aliarum causarum. Et ideo ipsum esse creatum, quod est proprius effectus respondens primo agenti, causatur ex alijs principijs, quamvis esse primum causans sit primum principium.

Ad xi. dicendum, quod aliqua propositio est per se nota.

se nota de se, quae tamen huic, vel illi non est per se nota, quando. l. predicatum est de ratione subiecti: & tamen ratio subiecti est alicui ignota. Sicut si alius quis nesciret quid est totum, non esset ei nota ista propositio per se, Omne totum est maius sua parte. huiusmodi enim propositiones sunt notae cognitio terminis, ut dicitur primo posteriorum. Haec autem propositio, Deus est, quantum est de se, est per se nota, quia idem est in subiecto & predicato: sed quantum ad nos non est per se nota, quia quid est Deus nescimus: unde apud nos demonstratione indiget, non autem apud illos, qui Dei essentiam vident.

ARTICULUS III.

Utrum Deus sit in aliquo genere.

Tertio quaeritur utrum Deus sit in aliquo genere. Et videtur quod sic. Dicitur enim Damascenus substantiam in diuinis significat communem speciem similitudinis personarum: hypostasis autem demonstrat indiuiduum, sicut patrem & filium & spiritum sanctum, Petrum & Paulum. Comparatur ergo Deus ad patrem & filium, & spiritum sanctum, sicut species ad indiuidua. Sed ubi cumque est inuenire speciem, & indiuiduum, ibi est inuenire genus: quia species constituitur ex genere, & differentia. ergo videtur quod Deus sit in aliquo genere.

¶ 2. Praet. Quaecumque sunt, & nullo modo differunt, sunt penitus eadem: sed Deus non est idem rebus aliis: ergo aliquo modo differt ab eis. Omne autem quod ab alio differt, aliqua differentia ab eo differt: ergo in Deo est aliqua differentia, qua differt a rebus aliis: non autem accidentalis, cum in Deo nullum sit accidens, ut Boetius dicit in lib. de Trin. omnis autem substantialis differentia est alicuius generis diuina. ergo Deus est in aliquo genere.

¶ 3. Praet. Idem dicitur genere, & specie & numero, & habetur in Topicis. ergo & diuersum similiter, nam si multipliciter dicitur unum oppositorum, & reliquum. Aut ergo Deus est diuersus a creatura numero tantum, vel numero & specie tantum: & si sic, sequitur quod cum creatura in genere conueniat, & sic erit in genere. Si autem genere a creatura differat, oportebit etiam quod sit in aliquo alio genere quam creatura: nam diuersitas ex multitudine causatur, & sic diuersitas generis multitudinem generum requirit. ergo quolibet modo dicatur, oportet quod Deus sit in genere.

¶ 4. Praet. Cuiuscumque conuenit ratio generis substantiae, est in genere: sed ratio substantiae est per se existens, quod maxime conuenit Deo. ergo Deus est in genere substantiae.

¶ 5. Praet. Omne quod definitur, oportet quod sit in genere: sed Deus definitur (dicitur enim quod est actus purus) ergo Deus est in aliquo genere.

¶ 6. Praet. Omne quod predicatur de alio in eo quod quid, & est in plus, vel se habet ad ipsum sicut species, vel sicut genus. Sed omnia quae predicantur de Deo, predicantur in eo, quod quid. Nam omnia praedicamenta cum in diuinam praedicationem venerint, in substantiam vertuntur, ut dicit Boetius in lib. de Trin. patet etiam quod non solum Deo conueniunt, sed etiam aliis: & ita sunt in plus. ergo vel comparantur ad Deum sicut species ad indiuiduum, vel sicut genus ad speciem, & utrobique modo oportet Deum esse in genere.

¶ 7. Praet. Unumquodque mensuratur minimo sui ge-

neris, ut dicitur 10. Metaph. sed sicut dicit Commentator, id quo mensurantur omnes substantiae, est Deus: ergo Deus est in eodem genere cum aliis substantiis.

SED CONTRA. Omne quod est in genere, addit aliquid supra genus, & per consequens est compositum: sed Deus est omnino simplex. ergo non est in genere.

¶ 2. Praet. Omne quod est in genere, potest definiti, vel sub aliquo definito comprehendi: sed Deus cum sit infinitus, non est huiusmodi. ergo non est in genere.

RESPON. Dicendum, quod Deus non est in genere. Quod quidem ad praesens tribus rationibus ostendi potest. Primo quidem, quia nihil ponitur in genere nisi esse suum. sed ratione quidditatis sua: quod ex hoc patet, quia esse vniuersaliusque est ei proprium, & distinctum ab esse cuiuslibet alterius rei: sed ratio substantiae potest esse communis, propter hoc et Philosophus dicit quod ens non est genus. Deus autem est ipsum suum esse: unde non potest esse in genere. Secunda ratio est, quia quamuis materia non sit genus, nec forma sit differentia, tamen ratio generis sumitur ex materia, & ratio differentiae sumitur ex forma: sicut patet quod in homine, natura sensibilis ex qua sumitur ratio animalis, est materialis respectu rationis ex qua sumitur differentia rationalis. Nam animal est quod habet naturam sensitiuam: rationale autem quod rationem habet. unde in omni eo quod est in genere, oportet esse compositionem materiae, & formae, vel actus & potentiae, quod quidem in Deo esse non potest, quia est actus purus, ut ostensum est. unde relinquitur, quod non potest esse in genere. Tertia ratio est, quia cum Deus sit simpliciter perfectus, & comprehendit in se perfectiones omnium generum, haec enim est ratio simpliciter perfecti, ut dicitur 5. Metaph. Quod autem est in aliquo genere, determinatur ad ea quae sunt illius generis: & ita Deus non potest esse in aliquo genere: sic enim non esset infinita essentia, nec absoluta perfectionis, sed eius essentia, & perfectio limitaretur sub ratione alicuius generis determinati. Ex hoc ulterius patet quod Deus non est species, nec indiuiduum, nec habet differentiam nec definitionem: nam omnis definitio est ex genere, & specie. unde nec de ipso demonstratio fieri potest nisi per effectum, cum demonstrationis propter quid medium sit definitio.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Damascenus loquitur similitudinariae, & non secundum proprietatem: habet enim nomen Dei quod est Deus, similitudinem ad speciem in hoc quod de pluribus numero distinctis substantialiter praedicatur: non tamen species proprie dici potest, quia species non est aliquid unum numero pluribus commune, sed ratione solum: substantia vero diuina una numero, est communis tribus personis. unde pater & filius & Spiritus sanctus sunt vnus Deus, non autem Petrus & Paulus & Marcus sunt vnus homo.

AD SECVNDVM dicendum, quod differens & diuersum differunt ut Philosophus dicit 10. Met. Nam diuersum absolute dicitur quod non est idem: differens vero dicitur aliquid, nam omne differens aliquo differt. Si ergo proprie accipiamus hoc nomen differens, sic propositio ista est falsa. Quaecumque sunt & nullo modo differunt, sunt eadem. Si autem hoc nomen differens large sumatur, sic est vera: & sic ista est concedenda, quod Deus a rebus aliis differat: non tamen sequitur quod aliqua differentia differat: sed quod differat ab aliis per suam substantiam. hoc enim necesse est in primis & simplicibus dici. homo enim differat

Lib. 10. co. 4. tom. 3.

D. 464.

D. 465.

D. 468.

D. 467.

3. Metaphy. co. 10. tom. 3.

D. 461.

D. 467.

Art. 1. huius questionis.

D. 468.

Lib. 5. co. 21. tom. 3.

D. 465.

D. 465.

D. 457.

D. 1149.

Lib. 10. co. 10. tom. 3.

D. 308.

medio li. Trin.

ab asino, rationali differentia. Rationale autem vltimum non differt ab asino aliqua differentia (quia sic esset abire in infinitum) sed se ipso.

AD TERTIVM dicendum, quod Deus dicitur diversus genere ab alijs creaturis, non quasi in alio genere existens, sed omnino existens extra genus.

3. Metaphy. cap. 8. circ. a princip. Lib. 3. com. 10. tom. 3.

AD QVARTVM dicendum, quod ens per se non est definitio substantiae vt Avic. dicit. Ens enim non potest esse alicuius genus, vt probat Philof. 3. Metaph. cum nihil possit addi ad ens quod non participet ipsum: differentia vero non debet participare genus. Sed si substantia possit habere definitionem non obstante quod est genus generalissimum, erit eius definitio, quod substantia est res, cui quidditati debetur esse non in aliquo. Et sic non conveniet definitio substantiae Deo, qui non habet quidditatem suam prater suum esse. Vnde Deus non est in genere substantiae: sed est supra omnem substantiam.

AD QVINTVM dicendum, quod Deus definiti non potest: omne enim quod definitur, in intellectu definitis comprehenditur. Deus autem est incomprehensibilis ab intellectu. Vnde cum dicitur quod Deus est actus purus, haec non est definitio eius.

Art. 7. huius quisi.

AD SEPTVM dicendum, quod ad rationem generis requiritur quod uniuoce predicetur. Nihil autem de Deo potest & creaturis uniuoce predicari, vt infra patebit. Vnde licet ea, quae de Deo dicuntur, predicentur de ipso substantialiter, nihilominus tamen non predicantur de ipso vt genus.

D. 464. Et 117.

AD SEPTIMVM dicendum, quod licet Deus non prineat ad genus substantiae quasi in genere contentum, sicut species vel indiuiduum sub genere continentur: potest tamen dici quod sit in genere substantiae per reductionem, sicut principium, & sicut punctum est in genere quantitatis continua, & vnitas in genere numeri. Et per hunc modum est mensura substantiarum omnium, sicut vnitas numerorum.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum bonum, sapiens, iustum, & huiusmodi predicentur de Deo accidens.

QVARTO quaeritur vtrum bonum, sapiens, iustum, & huiusmodi, predicentur de Deo accidens. Et videtur quod sic. Quod enim predicantur de aliquo non significans substantiam, sed illud quod naturam assequitur, predicat accidens: sed Dam. dicit in primo libro, quod bonum & iustum, & sanctum, dicta de Deo assequuntur naturam, non autem ipsam substantiam significant, predicant ergo de Deo accidens. Sed dicebatur quod Damasc. loquitur quantum ad modum significandi.

2 Sed contra, Modus significandi qui sequitur rationem generis, oportet quod ad rem referatur: genus enim predicatum significat substantiam subiecti, cum predicetur in eo quod: sed praedictis nominibus competat significare per modum assequentis naturam ex ratione generis. Sunt enim in genere qualitatis, quae sunt propriam rationem ad subiectum respectum habent: nam qualitas est secundum quam quales dicimur, ergo oportet quod iste modus significandi referatur ad rem, vt scilicet ea quae per praedicta nomina significantur, sint assequentia naturam eius de quo predicantur, & per consequens accidentia. Sed dicendum, quod ista nomina non predicantur de Deo, quantum ad genus suum, quod est qualitas:

non enim proprie dicuntur de Deo nomina a nobis imposita.

3 Sed contra, a quocumque remouetur genus, falso predicatur de eo species: quod enim non est animal, falso dicitur homo. Si ergo genus praedictorum quod est qualitas, non predicatur de Deo praedicta nomina non solum predicabuntur impropre, sed falso de Deo. Et ita erit falsum quod dicitur quod Deus est iustus, vel quod Deus est sanctus, quod est inconueniens, ergo oportet dicere, quod praedicta nomina in Deo predicentur accidens.

4 Prater. Philof. dicit 1. Physic. quod id quod vere est, id est substantia, nulli accidit. ergo cadem ratione quod secundum se est accidens, vbiq; est accidens, sed substantia & sapientia, & huiusmodi sunt per se accidentia, ergo & in Deo sunt accidentia.

5 Prater. Oia quae sunt in rebus creatis exemplantur a Deo, qui est forma exemplaris omnium: sed sapientia, iustitia, & huiusmodi in rebus creatis sunt accidentia, ergo in Deo sunt accidentia.

6 Prater. Vbiq; est quantitas & qualitas, ibi est accidens: sed in Deo videtur esse quantitas & qualitas, est enim in Deo similitudo & equalitas, dicimus enim filium similem patri & aequalit: similitudo autem creatur ex uno in qualitate, equalitas ex vno in quantitate, ergo in Deo est accidens.

7 Prater. Vnumquodq; mensuratur primo sui generis: sed Deus non solum est mensura substantiarum, sed omnium accidentium, quia ipse est creator, & substantiae & accidentis, ergo in Deo non tantum est substantia, sed accidens.

8 Prater. Illud sine quo potest aliquid intelligi, accidentaliter de eo predicatur. Ex hoc enim patet Porphyrius separabilia quaedam accidentia esse, quia potest intelligi cornus albus, & Actiois nitens candore, sed Deus potest intelligi sine bono, ut patet per Boetium in lib. de Hebdom. ergo bonum significat accidens in Deo, & eadem ratione alia.

9 Prater. In significatione nominis duo est considerare, scilicet id a quo imponit, & id cui imponitur. Quantum ad vtrumq; autem hoc nomen sapientia videtur accidens significare: imponitur enim ab eo quod est facere sapientem, quod videtur actio esse sapientiae: id autem a quo imponitur, est qualitas quaedam, ergo omnibus modis eo de quo predicatur, & ita in Deo est aliquid accidens.

SED CONTRA est, quod Boetius dicit, quod Deus cum sit forma simplex, subiectum esse non potest: omne autem accidens est in subiecto, ergo in Deo non potest esse aliquid accidens.

2 Prater. Omne accidens habet dependentiam ab alio: sed nihil tale potest esse in Deo, quia quod dependet ab alio oportet esse causatum, Deus autem est causa prima nullo modo causata, ergo in Deo accidens esse non potest.

3 Prater. Rabbi Moyfes dicit, quod huiusmodi nomina non significant in Deo intentiones additas supra eius substantiam: omne enim accidens significat intentionem additam supra substantiam sui subiecti, ergo praedicta nomina non significantur in Deo.

4 Prater. Accidens est quod adest & abest praeter subiecti corruptionem: sed hoc in Deo esse non potest, cum ipse sit immutabilis, vt probatur a Philof. 1. Physic. ergo in Deo accidens esse non potest.

RESPON. Dicendum quod absque omni dubitatione tenendum est, quod in Deo nullum sit accidens.

dens. Quod quidem ad presens potest ostendi tribus rationibus. Prima ratio est, quia nulli naturæ, vel essentia vel formæ, aliquid extraneum adiungitur, licet id quod habet naturam, vel formam, vel essentiam, possit aliquid extraneum in se habere: humanitas enim non recipit in se nisi quod est de ratione humanitatis. Quod ex hoc patet, quia in definitionibus quæ essentiam rerum significant, quodlibet additum vel subtractum variat speciem, sicut etiam in numeris, vnde dicit Philosophus 8. Metaph. homo autem qui habet humanitatem potest aliquid aliud habere, quod non sit de ratione humanitatis, sicut albedinem, & huiusmodi, quæ non insunt humanitati, sed homini. In qualibet autem creatura inuenitur differentia habentis & habiti. In creaturis namque compositis inuenitur duplex differentia, quia & ipsum suppositum siue indiuiduum habet naturam speciei, sicut homo humanitatem, & habet vltius esse: homo enim nec est humanitas, nec esse suum. vnde homini potest inesse aliquid accidens, non autem ipsi humanitati, vel eius esse. In substantiis vero simplicibus est vna tantum differentia, scilicet essentia & esse. In angelis enim quodlibet suppositum est sua natura: quidditas enim simplicis, est ipsum simplex, ut dicit Augustinus non est autem suum esse: vnde ipsa quidditas est in suo esse subsistens, vnde in huiusmodi substantiis potest inueniri aliquid accidens intelligibile, non autem materiale. In Deo autem nulla est differentia habentis & habiti, vel participantis & participati: immo ipse est & sua natura & suum esse, & ideo nihil alienum, vel accidentale potest ei inesse. Et hanc rationem videtur tangere Boetius in lib. Hebdo. dicens, Id quod est, habere potest aliquid, præterquam quod ipsum est. Ipsum vero esse, nihil aliud præter se habet admistum. Secunda ratio est, quod cum accidens sit extrinsecum ab essentia subiecti, & diuersa non coniungantur, nisi per aliquam causam, oportet si accidens Deo adueniat, quod hoc sit ab aliqua causa. Non autem potest esse ex aliqua causa extrinseca, quia sequeretur quod illa causa extrinseca ageret in Deum, & esset prior eo: sicut mouens motu & faciens factu. Sic enim causatur accidens in aliquo subiecto ab extrinseco, in quantum exterius agens agit in subiectum, in quo causatur accidens. Similiter, non potest esse ex causa intrinseca, sicut est in parte accidentibus, quia habet causam in subiecto. Subiectum enim non potest esse causa accidentis ex eodem, ex quo suscipit accidens: quia nulla potentia mouet se ad actum. Vnde oportet, quod ex alio sit susceptionum accidentis, & ex alio sit causa accidentis, & sic est compositum: sicut ista quæ recipiunt accidens per naturam materiæ, & causant accidens per naturam formæ. Ostensum autem est supra Deum non esse compositum. vnde impossibile est quod sit in eo accidens. Tertia ratio est, quia accidens comparatur ad subiectum: sicut actus ad potentiam: cum sit quedam forma ipsius. Vnde cum Deus sit actus purus absque; alicuius potentia: permissione, non potest esse accidens subiectum. Sic ergo patet ex præhabitis, quod in Deo non est compositio materiæ & formæ & quarumcumque; partium substantialium, nec generis, & differentia nec subiecti & accidentis: patet etiam quod prædicta nomina in Deo non prædicant accidens.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Damasc. loquitur de istis nominibus non quantum ad id, quod prædicat de Deo: sed in quantum ad id a quo imponuntur ad significandum. Imponuntur enim a nobis

A ad significandum ex formis accidentibus, quibuslibet, in creaturis repertis. Vult enim ex hoc probare quod per nomina dicta de Deo, non notificatur nobis eius substantia.

AD SECUNDUM dicendum, quod licet bonitatis humanæ & sapientiæ & iustitiæ, qualitas sit genus: non tamen est genus eorum secundum quod de Deo prædicantur, eo quod qualitas in quantum homini, dicitur ens: eo quod inhaeret aliquo subiecto. Sapientia autem, & iustitia non ex hoc nominantur: sed magis ex aliqua perfectione, vel ex aliquo actu: vnde talia veniunt in diuinam prædicationem secundum rationem differentia, & non secundum rationem generis. Et propter hoc Augustinus dicit, 3. lib. de Trinit. Intelligamus quantum possumus sine qualitate bonum, sine quantitate magnum. Vnde non oportet quod modus iste, qui est adsequi naturam, inueniatur in Deo.

B AD TERTIUM dicendum, quod si bonum & iustum vniuoce de Deo prædicarentur, sequeretur quod falsa esset prædicatio, remoto genere: nihil autem de Deo & creatura vniuoce prædicatur, ut infra ostendetur. Vnde ratio non sequitur.

AD QUARTUM dicendum, quod sapientia que est accidens in Deo non est: sed sapientia alia non vniuoce dicta. Et propter hoc ratio non sequitur.

AD QUINTUM dicendum, quod exemplata non semper representant perfecte exemplar: vnde quandoque quod est in exemplari, deficienter & imperfecte inuenitur in exemplato, & præcipue in his quæ exemplantur a Deo, qui est exemplar omnem creaturæ proportionem excedens.

AD SEXTUM dicendum, quod similitudo & æqualitas in Deo dicuntur, non quia sit ibi qualitas vel quantitas: sed quia de eo dicimus, quædam quæ apud nos significant qualitatem vel quantitatem, cum dicimus Deum magnum & sapientem, & homini &c.

AD SEPTIMUM dicendum, quod accidentia non dicuntur entia, nisi per relationem ad substantiam tanquam ad primum ens, dicitur vnde non oportet quod accidentia mensurentur vno primo, quod est accidens: sed vno primo quod est substantia.

AD OCTAVUM dicendum, quod illud sine quo res aliqua potest intelligi secundum suam substantiam in intellectu, dicitur habere rationem accidentis. non enim potest esse quod non intelligatur id quod est de substantia rei, res secundum suam substantiam intellecta: sicut quod intelligatur quid est homo, & non intelligatur quid est animal. Deum autem nos non videmus hic per essentiam: sed consideramus eum ex eius effectibus. Vnde nihil prohibet considerare ipsum ex effectu essendi, & non considerare ex effectu bonitatis: sic enim loquitur Boetius. Sciendum tamen quod licet nos intelligamus aliquo modo Deum, non intelligendo eius bonitatem: non tamen possumus intelligere Deum intelligendo eum non esse bonum, sicut nec hominem intelligendo eum non esse animal: hoc enim remoueret substantiam Dei quæ est bonitas. Sancti vero in patria qui vident Deum per essentiam, vident Deum, vident eius bonitatem.

AD NONUM dicendum, quod hoc nomen sapientia verificatur de Deo quantum ad illud a quo imponitur nomen. Non autem imponitur nomen ab hoc quod est sapientem facere: sed ab hoc quod est sapientialia intellectualiter habere. Scientia enim, in quantum scientia, refertur ad scibile: sed in quantum est accidens vel forma, refertur ad scientem, hoc autem quod est sapientialia habere, est accidentale homini non autem Deo.

Vtrum praedicta nomina significant diuinam substantiam.

De quibus i
ar. prec.

Lib. 1. ca. 4. a
medio.

De quibus i
ar. prec.

Cap. 2. non
pultis pro-
cul ante me-
dium.

Ca. 7. & 11.
ante mediu.

In propo-
s. 1. 2. inter
op. ca. Arist.

Lib. 7. Peri-
her. in prin-

Lib. 1. ca. 4. a
medio illius

cap. 4. par. 1.

QUINTO quaeritur vtrum praedicta nomina significant diuinam substantiam. Et videtur quod non. Dicit enim Damasc. 4. lib. Oporteret singulū eorum quae in Deo dicuntur, non quid est fm substantiam significare existimare: sed quod non est ostendere, aut habitudinē quandā, aut aliqd eorum a quibus separatur, aut aliqd eorū quae assequuntur naturā, aut operationem. Esse autē quod substantialiter de aliquo praedicatur, significat quid est substantia eius. praedicta ergo nosa non predicantur substantialiter de Deo, tāquam eius substantiam significātia.

¶ 2 Præt. Nullum nomen quod significat substantiam alicuius rei, vere pōt de eo negari. Dicit enim Dionys. 2. cap. Caele. hierar. qd in diuinis negationes sunt veræ affirmationes vero incompatta: ergo tālia nomina non significant substantiam diuinam.

¶ 3 Præt. Hæc nomina significant processus diuinę bonitatis in res, sicut dicit Dionys. 3. lib. de Diu. nomi. sed bonitates a Deo procedentes, non sunt ipsa diuina substantia. ergo huiusmodi nomina non significant diuinam substantiam.

¶ 4 Præt. Origen. dicit qd Deus dicitur sapiens, quia sapientia nos implet: hoc autem non significat diuinam substantiam, sed effectum. ergo praedicta nomina non significant diuinam substantiam.

¶ 5 Præt. In lib. de Causis dicitur qd causa prima non nominatur, nisi noie causati primi, quod est intelligentia: cum autem causa nominatur nomine sui causati, non est praedicatio per essentiam, sed per causam. ergo nomina quae de Deo dicuntur, nō predicantur de Deo substantialiter: sed causaliter tantū.

¶ 6 Præt. Nomina significant conceptiones intellectuū, patet per Philof. in principio Perihet. sed nos diuinam substantiam intelligere nō possumus, non enim scimus de eo quid est sed quoniam est, vt dicit Damasc. ergo non possumus eum nominare aliquo nomine, nec significare eius substantiam.

¶ 7 Præt. Omnia diuinā bonitatē participant, vt patet per Dionys. 4. c. de diu. no. sed non oīa participant eius substantiā, quae est solū in tribus personis. ergo diuina bonitas nō significat eius substantiam.

¶ 8 Præt. Deum cognoscere non possumus, nisi ex similitudine creaturae, quia vt dicit Apost. Rom. 1. Inuisibilia Dei &c. sed secundum qd ipsum cognoscimus, ita & ipsum nominamus. ergo non nominamus ipsum nisi ex similitudine creaturarum: sed quādo aliquid nominatur ex similitudine alterius, nomen illud non praedicatur de ipso substantialiter, sed metaphoricē. Quod per hoc patet quod postorius de Deo dicitur, & per prius de eo a quo sumitur similitudo, cum tamē quod significat substantiam alicuius, primo de eo praedicetur.

¶ 9 Præt. Secundum Philof. 8. Meta. significare substantiam, est significare hoc, & nihil aliud. Si ergo hoc nomen bonum significat substantiam diuinam, nihil erit in substantia diuina quod non hoc nomine significetur, sicut etiam nihil est in substantia humana, quod non significetur, hoc nomine homo: sed hoc nomen bonum non significat sapientiam, ergo sapientia nō erit substantia diuina, & pari rōne nec omnia alia. ergo non potest esse qd huiusmodi omnia nomina significant diuinam substantiam.

¶ 10 Præt. Sicut quantitas est causa a qualitate & si-

F multitudinis qualitas, ita & substantia identitatis. Ergo omnia huiusmodi nomina significant substantiam Dei, secundum ea non attenderet, vel aequalitas vel similitudo, sed magis identitas. Et ita creatura dicitur idem de eo, ex hoc qd eius sapientiam, vel bonitatē imitatur, vel aliquid huiusmodi, quod est inconueniens.

¶ 11 Præt. In Deo qui est principium totius naturae, nihil potest esse contra naturam, nec ipse etiam aliquid cōtra naturam facit: sicut habetur in glo. Roman. 1. hoc autem est contra naturam qd accidens sit substantia. Cum ergo sapientia, iustitia, & huiusmodi secundum se sint accidentia, non potest esse, quod in Deo sint substantia.

¶ 12 Præt. Cum dicitur, Deus bonus, iste terminus est complexus: nulla autem esset complexio si bonitas Dei esset ipsa eius substantia. ergo non videtur qd bonum significet diuinam substantiam, & eadem ratione, nec alia similia nomina.

¶ 13 Præt. Aug. dicit, qd Deus omnem formam nostri intellectus subterfugit, & ideo intellectui permittus esse non potest: hoc autem non esset si ista nomina significarent diuinam substantiam, quia Deus corresponderet formae nostri intellectus. ergo huiusmodi nomina non significant diuinam substantiam.

¶ 14 Præt. Dion. dicit 1. capite mysticae Theologiae, quod optime homo Deo vnitur in cognoscēdo, qd cognoscens de ipso, nihil cognoscit: hoc autē non esset si ista quae concipit & significat, essent diuina substantia. ergo idem quod prius.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit 7. de Trinitate Deo est hoc esse, quod est fortem esse, vel sapientē esse, & si quid de illa simplicitate dixeris quae eius substantiam significat. ergo omnia huiusmodi significant diuinam substantiam.

¶ 2 Præt. Boetius dicit in lib. de Tri. qd cum quis alia praedicamenta praeter relationem in diuinam verba praedicationem, cuncta mutantur in substantiam. Accurritus est qualitate significare videtur, significat tñ substantiam & similiter magnus, & huiusmodi alia.

¶ 3 Præt. Omne quod dicitur per participationem reducitur ad aliquid per se & essentialiter dictū: sed praedicta nomina de creaturis dicuntur per participationē. ergo cum reducātur in Deum sicut in causam primam, oportet qd de Deo dicantur essentialiter. Et ita sequitur quod significant eius substantiam.

RESPON. Dicendum, quod quidam postierunt, quod ista nomina dicta de Deo, non significant diuinam substantiam. Quod maxime expresse dicit Rabby Moy. Dicit autē huiusmodi nomina de Deo dupliciter esse intelligenda. Vno modo per similitudinem effectus, vt dicatur Deus sapiens, non quia sapientia aliquid sit in ipso: sed qa ad modum sapientis in his effectibus operatur, ordinādo scilicet vnum quodque ad debitum finem. Et similiter dicitur viuens in quantum ad modum viuētis operatur quasi se seipso agēs. Alio modo per modum negationis: per hoc quod dicitur Deum esse viuētē, nō significemus vitam in eo aliqd esse. sed remoueamus a Deo illum modū essēdi, quo res inanimata existunt. Similiter cum dicimus Deum intelligētē, non intelligimus significare intellectum aliquid in ipso esse: sed remoueamus a Deo illum modū effectēdi, quo bruta existunt, & sic de alijs. Vterque autem modus videtur esse insufficiens & inconueniens. Primus quidem duplici rōne. Quarum prima est, quod secundum hanc expositionem nulla differentia esset inter

inter hoc quod dicitur, Deus est sapiens, & Deus est iratus, vel Deus ignis est. Dicitur enim iratus, quia operatur ad modum irati dum punit: hoc enim homines irati facere consueverunt. Dicitur etiam ignis, quia operatur ad modum ignis, dum purgat, quod ignis suo modo facit: hoc autem est contra positionem sanctorum, & prophetarum loquentium de Deo, qui quaedam de Deo probant, & quaedam ab eo remouent: probant enim cum esse viuum, sapientem, & huiusmodi, & non esse corpus, neque passio nibus subiectum. Secundum autem predictam opinionem omnia de Deo pari ratione possent dici & remoueri non magis quam illa. Secunda ratio quia cum secundum fidem nostram ponamus creaturam non semper fuisse, quod & ipse concedit, sequeretur quod non possemus dicere, fuisse sapientem, vel bonum antequam creatura essent. Constat enim quod antequam creatura essent, nihil in effectibus operabatur, nec ad modum boni, nec ad modum sapientis, hoc autem omnino sanæ fidei repugnat, nisi forte diceret, quod ante creaturas sapiens dici poterat, non quia operaretur ut sapiens, sed quia poterat ut sapiens operari. Et sic sequeretur quod aliquid existens in Deo, per hoc significetur, & sit per consequens substantia, cum quicquid est in Deo sit sua substantia. Secundus autem modus eadem ratione videtur esse incommuniens. Non enim est aliquod nomen alicuius speciei per quod non remouetur aliquis modus, qui Deo non competit. In nomine enim cuiuslibet speciei includitur significatio differentie, per quam excluditur alia species quæ contra eam diuiditur: sicut in nomine Leonis includitur hæc differentia, quæ est quadrupes, per quæ leo differt ab aue. Si ergo predicaciones de Deo non essent introductæ nisi ad remouendum, sicut dicimus Deum esse viuente, quia non habet esse ad modum inanimatorum ut ipse dicit, ita possemus dicere Deum esse leonem, quia non habet esse ad modum aui. Et præterea intellectus negationis semper fundatur in aliqua affirmatione. Quod ex hoc patet, quia omnis negatiua per affirmatiua probatur: unde nisi intellectus humanus aliquid de Deo affirmatiue cognosceret, nihil de Deo posset negare. Non autem cognosceret, si nihil quod de Deo dicit, de eo verificaretur affirmatiue. Et ideo secundum sententiam Dion. dicendum est, quod huiusmodi nomina significant diuinam substantiam, quamuis deficiet & imperfecte. Quod sic patet. Cum omne agens agat in quantum actu est, & per se consequens agat aliquo modo simile, oportet formam facti aliquo modo esse in agente, diuersimode tamē: quia quando effectus adequat virtutem agentis, oportet quod secundum eandem rationem sit illa forma in faciente & in facto, tunc in faciens & factum coincidunt in idē specie, quæ contingit in omnibus agentibus viuicis: homo enim generat hominē, & ignis ignem. Quando vero effectus non adequat virtutem agentis, forma non est secundum eandem rationem in agente & facto, sed in agente eminentius. Secundum enim quod est in agente habet agens virtutem ad producendum effectum. Unde si tota virtus agētis non exprimitur in facto, relinquatur quod modus quo forma est in agente, excedit modum quo est in facto. Et hoc uidemus in oibus agentibus equiuocis, sicut cum Sol generat ignē. Constat autem quod nullus effectus adequat virtutem primi agentis quod Deus est, alias ab vna virtute ipsius non procederet nisi vnus effectus: sed cum ex eius vna virtute inueniamus multos & varios effectus procedere,

A ostenditur nobis quod quilibet eius effectus deficit a virtute agētis. Nulla ergo forma alicuius effectus diuini, est per eandem rationem qua est in effectibus. Deo: nihilominus oportet quod sit ibi per quendam modum altiore. Et inde est quod omnes formæ quæ sunt in diuersis effectibus distinctæ & diuise adiuticem, in eo vniuntur, sicut in vna virtute eōi. Sicut et omnes formæ per virtutē Solis in istis inferioribus productæ, sunt in Sole secundum vnicam eius virtutem: cui omnia generata per actionem Solis secundum suas formas simulantur. Et similiter perfectiones rerum creaturarum assimilantur Deo secundum vnicam & simplicem essentiam eius. Intellectus autem noster cum a rebus creatis cognitionem accipiat, informatur similitudinibus perfectionum in creaturis inuentarum, sicut sapientia, virtutis, bonitatis, & huiusmodi. Unde sicut res creata per suas perfectiones aliquo modo, licet deficienter Deo assimilant, ita & intellectus noster harum perfectionum speciebus informatur. Quandoque autem intellectus per suam formam intelligibilem alicui rei assimilatur, tunc illud quod concipit & enuntiat secundum illam intelligibilem speciem, verificatur de re illa cui per suam speciem similitur. Nam scientia est assimilatio intellectus ad rem scitam. Unde oportet quod illa quæ intellectus harum specierum perfectionibus informat de Deo cogitat vel enuntiat, in Deo vere existant, qui vnicuique predictarum specierum respondet: sicut illud cui omnes similes sunt. Si autem huiusmodi intelligibilis species nostri intellectus, diuinam essentiam adæquaret in assimilando, ipsam comprehenderet, & ipsa conceptio intellectus esset perfecta Dei ratio: sicut animal gressibile bipes est perfecta ratio hominis, non autem perfecte diuinam essentiam assimilat species predicta, ut dictum est: & ideo licet huiusmodi nomina quæ intellectus ex talibus conceptionibus Deo attribuit, significant id quod est diuina substantia: non tamen perfecte ipsam significant secundum quod est, sed secundum quod a nobis intelligitur. Sic ergo dicendum est quod quodlibet istorum nominum significat diuinam substantiam, non tamen quasi comprehendens ipsam: sed imperfecte. Et propter hoc, nomen, Qui est, maxime Deo competit, quia non determinat aliquam formam Deo: sed significat esse indeterminate. Et hoc est quod dicit Damascenus. Quod hoc nomen, Qui est, significat substantiam pelagus infinitum. hæc autem solutio confirmatur per verba Dionysii, qui dicit 1. cap. de diuini nominis, quod quia diuinitas omnia simpliciter & incircumfinite in seipsa existentia præcipit ex diuersis conuenienter laudatur & nominatur. Simpliciter dicit, quia perfectiones quæ in creaturis sunt secundum diuersas formas, Deo attribuitur secundum simplicem eius essentiam. Incircumfinite dicit, ad ostendendum quod nulla perfectio in creaturis inuenta, diuinam essentiam comprehendit, ut sic intellectus sub ratione illius perfectionis in seipso Deum definiat. Confirmatur etiam per hoc quod habetur 3. Metaph. quod simpliciter perfectum est, quod habet in se perfectiones omnium generum, quod Commentator. ibidem de Deo exponit.

B ostenditur etiam quod intellectus noster per se non potest comprehendere Deum, sed per modum similitudinis. Intellectus enim noster per se non potest comprehendere Deum, sed per modum similitudinis. Intellectus enim noster per se non potest comprehendere Deum, sed per modum similitudinis.

C ostenditur etiam quod intellectus noster per se non potest comprehendere Deum, sed per modum similitudinis. Intellectus enim noster per se non potest comprehendere Deum, sed per modum similitudinis.

D ostenditur etiam quod intellectus noster per se non potest comprehendere Deum, sed per modum similitudinis. Intellectus enim noster per se non potest comprehendere Deum, sed per modum similitudinis.

E ostenditur etiam quod intellectus noster per se non potest comprehendere Deum, sed per modum similitudinis. Intellectus enim noster per se non potest comprehendere Deum, sed per modum similitudinis.

D. 2. 3.
In isto art.
Lib. 1. ortho. fidei c. 12.
Cap. 1. a meo dicitur illius.
D. 3. 3.
Lib. 5. c. 6. 1. tom 3.
Lib. 1. c. 12.

titatis
substan
rel aqua
ita crea
entiam,
di, quod
nature,
eriam ali
lo. Ro.
ac. c. 12.
est esse,
terminu
tio si bo
n videtur
& eadem
nam no
ip permit
ista no
uia Deus
zo huius
stiam.
ologiz,
scelo, q
ante non
diuina
le Tmit
sapient
que eius
odi signi
quis alia
am verti
ntiam. Si
r, signifi
moi alia
ationem
di. sed
er partici
cut in cas
essenti
bstantia.
stentiam
icant diu
it Rabby
eo dupli
iudicant
sapientia
tis in diu
m quod
r uincen
quali ce
ri omne
m, no. b
oueamus
diare eu
gentem
al quod in
di effe
ne autem
nens. Fi
est, qua
ntia est
inter

tiones horum nominum esse veras de Deo, q̄ tamen nō asserit affirmaciones esse falsas sed incompatas. Quantum n. ad rem significatam, Deo vere attribuuntur, que in eo aliquo modo est, ut iā ostensum est: sed quantum ad modum quem significant, de Deo negari p̄nt. Quodlibet. n. istorum nominum significat aliquam formam definitam, & sic Deo non attribuuntur, ut dictum est. Et ideo absolute de Deo possunt negari, quia ei non cōveniunt per modum qui significatur: modus. n. significatus est s̄m q̄ sunt in intellectu nostro, ut dictum est. Deo autē conueniunt sublimiori modo, unde affirmatio incompata d̄r quasi nō oīno cōuenienter coniuncta pp̄ diuersum modum. Et ideo s̄m doctrinā Dionysii tripliciter ista de Deo dicuntur. Primo quidem affirmatiue, ut dicamus Deus est sapiens. Quod quidem de eo oportet dicere, propter hoc quod est in eo similitudo sapientiæ ab ipso fluentis: quia t̄s non est in Deo sapientiæ, qualem nos intelligimus & nominamus, potest vere negari, ut dicitur, Deus non est sapiens. Rursum quia sapientiæ non negatur de Deo, quia ipsa deficiat a sapientiæ: sed quia supereminens est in ipso quā dicitur aut intelligatur: ideo oportet dicere quod Deus sic super sapiens. Et sic per istum triplicem modum loquendi, secundum quem dicitur Deus sapiens, perfecte Dionysius dat intelligere, qualiter ista Deo attribuuntur.

AD TERCIUM dicendum, quod ista nota d̄r significare diuinos peccatus; q̄a primo sunt imposta ad significandū istas peccationes, s̄m q̄ sunt in creaturis; & ab earū similitudine intellectus noster manuducitur, ut h̄mōi Deo eminentiori modo attribuat.

AD QUARTUM dicendum, quod verbum Origenis non est intelligendum, quod hoc intendimus significare cum dicimus, deus est sapiens, quod deus est causa sapientiæ: sed quia ex sapientiā quam causat, intellectus noster manuducitur, ut sibi sapientiā supereminenter attribuat, ut dictum est.

AD QUINTUM dicendum, q̄ cum d̄r deus intelligēs, notatur noīe sui causati; q̄a nomē q̄d sui causati substantiā significat, sibi nō definite attribui p̄t, s̄m quē modū nomen significat. Et sic hoc nomen quāuis eī aliquo modo cōueniat, nō tamē cōuenit ei ut nomen eius: quia id quod significat nomen, est definitio: causato vero conuenit, ut nomen eius.

AD SEXTUM dicendū, q̄ ratio illa probat quod deus non potest nominari nomine, substantiam ipsius designante, vel comprehendente, vel adæquantē. Sic enim de deo ignoramus quid est.

AD SEPTIMUM dicendum, q̄ sicut oīa participāt dei bonitatem, non eandem numero, sed per similitudinē ita participāt p̄ similitudinē esse dei. Sed in hoc differt, nam bonitas importat habitudinem alicuius causæ, est enim bonum diffusiuum sui: essentia autem significatur in eo in quo est, ut quiescens.

AD OCTAuum dicendū, q̄ in effectu inueniunt aliqd̄ p̄ quod assimilatur suæ causæ, & aliqd̄ p̄ quod a sua causā differt. Quod quidē conuenit ei vel ex materia, vel ex aliquo h̄mōi: sicut patet in latere indurato p̄ ignem. Nā in hoc p̄ lutum calefiat ab igne, igni similatur: in hoc vero q̄ calefactum ingrosset, & induretur differt ab igne: sed h̄t hoc ex materiæ conditione. Si ergo id in quo later igni similatur, de igne dicitur, proprie dicitur de eo, & eminentius, & per prius. Ignis enim est calidior quā later, & iterum eminentius: nam later est calidus quasi calefactus, ignis autem naturaliter. Si vero id in quo later

F ab igne differt, dicamus de igne, falsum erit, & nomen huiusmodi conditionem in se oī intellectu habens, de igne nō poterit dici, nisi metaphorice. Falsum est enim igne, qui est subtilissimum corpus, grossum dici. Durus autē dici potest, propter violentiam actionis, & non faciem potentia passionis. Similiter consideranda sunt in creatoris quadam secundum quæ Deo simulantur, quæ quāntū ad rem significatam, nullam imperfectionem important, sicut esse, viuere, & intelligere, & huiusmodi. Et illa proprie dicuntur de Deo, immo per prius de ipso, & eminentius quā de creaturis. Quā d̄ vero sunt, secundum quæ creatura differt a Deo, consequentia ipsam prout est ex nihilo, sicut potentialitas, primitio, motus, & alia huiusmodi. Et ista sunt falsa de Deo. Et quæcumq̄ nomina in sui intellectu conditiones huiusmodi claudūt, de Deo dici nō possunt, nisi metaphorice, sicut leo, lapis, & huiusmodi, propter hoc quod in sui definitione habent materiam. Dicuntur autem huiusmodi metaphorice de Deo, propter similitudinem effectus.

AD NONVM dicendum, q̄ ratio illa procedit de eo, quod significat substantiā definitiue, vel circumscripitiue. Sic autem nullum istorum nominum substantiam Dei significat, ut dictum est.

AD X. dicendum, quod quāuis huiusmodi perfectiones in Deo sint ipsa diuina substantia: tamē in creatura non sunt substantiales prædictæ diuinae perfectiones. Et ideo secundum eas creaturas nō dicitur Deo eadem, sed similes.

AD XI. dicendum, quod hoc esset contra naturam, si sapientiæ eiusdem rationis cum ea quæ est accidens, in Deo esset: hoc autem nō est verum, ut ex prædictis patet. Nec tamen auctoritas inducta est ad propositum: nihil enim contra naturam Deus facit in seipso, quia in seipso nihil facit.

AD XII. dicendum, quod complexio huius termini cum dicitur, Deus bonus, non refertur ad aliquā compositionem que sit in Deo: sed ad compositionem quæ est in intellectu nostro.

AD XIII. dicendum, q̄ Deus subterfugit formā intellectus nostri quasi oēm formā intellectus nostri excedēs: non autem ita q̄ intellectus noster secundum nullam formam intelligibilē Deo assimilatur.

AD XIV. dicendum, q̄ ex quo intellectus noster diuinā substantiam non adæquat, hoc ipsum quod est Dei substantia remanet, nostrum intellectū excedens: & ita a nobis ignoratur. Et propter hoc illud est vltimum cognitionis humanæ de Deo, q̄ scire Deum nescire, inquitur cognoscit illud q̄d Deus est, omne ipsum quod de eo intelligim⁹ excedere.

ARTICVLVS VI.

Verum ista nomina sint synonyma?

Sexto queritur vtrum ista nomina sint synonyma. Et videtur q̄ sic. Synonyma enim nomina dicuntur quæ omnino idē significant: sed omnia ista nomina de Deo dicta significant idē, quia significant diuinam substantiā, quæ est omnino simplex & vna, ut ostensum est, ergo oīa ista nomina sunt synonyma. ¶ Præ. Damasc. dicit q̄ in diuinis omnia sunt vna, præter ingenerationem, generationē, & processionem: sed nomina significatiua vnum sunt synonyma, ergo omnia nomina dicta de Deo, præter ea quæ designificant proprietates personales, sunt synonyma. ¶ Præ.

In corp. art.
In corp. art.
In corp. art.
In corp. art.
In corp. art.

In corp. art.

K

Lib. 11. text. 39. cit. hinc.

¶ 3 Præ. Quæcumq; vni & eidem sunt eadem, sibi invicem sunt eadem: sed sapientia in Deo est idem quod sua substantia, similiter voluntas & potentia. ergo sapientia, potentia, & voluntas in Deo omnino sunt idem. Et sic sequitur qd ista nomina sunt synonyma. Sed dicendum qd ista nomina significant vnum secundum rem, significant tamen rationes diversas. Et ideo non sunt synonyma.

¶ 4 Sed cõtra. Ratio cui non respõdet aliquid in re, falsa est & vana: sed si rationes horum nominũ sunt multæ, & res est vna, videtur qd rationes istæ sint vana & falsa. Sed dicendum, qd rationes istæ non sunt vana, cum eis aliquid respondeat quod est in Deo.

¶ 5 Sed cõtra. Secundum hoc res creatæ Deo assimilantur, secundum quod ab ipso processerunt per similitudinem idealem: sed pluralitas idearum vel rationum idealium non attenditur secundum respectus ad creaturas: nam ipse Deus secundum vnam suam essentiam est idea omnium, ergo nec rationes nominũ, quæ de Deo dicimus ex similitudine creaturarũ, habent aliquid respondens ex parte diuinæ substantiæ.

¶ 6 Præ. Illud quod est maxime vnum, nõ potest esse radix & fundamentũ multitudinis: sed diuina essentia est maxime vna, ergo rationes prædictorũ nominũ non pnt in diuina substantia fundari vel radicari.

¶ 7 Præ. Distinctio relationum quæ realiter sunt in Deo, facit pluralitatem personarum. Si ergo istis rationibus communibus attributorum aliquid responderet in Deo, etiam secundum multitudinem attributorum esset in Deo multitudo personarum. Et sic essent in Deo plures personæ quàm tres, quod est hæreticum: & ita videtur quod penitus ista nomina sint synonyma.

SED CONTRA. Nomina synonyma sibi inuicem adiuncta nugationem inducunt: sicut si diceretur, vestis & indumentum. Si ergo ista nomina sint synonyma, erit nugatio, cum Deus dicitur bonus, Deus sapiens, quod est falsum.

¶ 2 Præ. Quicumq; negat vnum synonymorum de aliquo, negat & reliquum: sed aliqui negauerunt eius potentiam, qui non negauerunt eius scientiam, vel bonitatem, ergo ista nomina non sunt synonyma.

¶ 3 Præ. Hoc patet per comment. 11. Metaphy. qui dicit, qd hæc nomina dicta de Deo nõ sunt synonyma.

RESPON. Dicendum, quod ab omnibus intelligentibus cõmuniter dicitur, quod hæc nomina nõ sunt synonyma. Quod quidem facile esset sustinere secundum illos qui dicebãt hæc nomina non significare diuinam substantiam: sed intentiones quasdam additas essentielles, aut modos operandi in effectibus, vel etiã creaturarum negationes: sed supposito qd hæc nomina significant diuinam substantiam, sicut supra ostensum est, quæstio videtur maiorem difficultatem cõtinere, quia sic indubitanter vnum & idem simplex significatum per omnia ista nomina, quod est diuina substantia. Sed sciendum qd significatio nominis, nõ immediate refertur ad rem, sed mediante intellectu: sunt enim voces notæ earum quæ sunt in anima passionum, & ipsæ intellectus conceptiones sunt rerum similitudines, vt patet per Philosophum in principio Periherme. quod ergo aliqua nomina nõ sint synonyma, potest impediri, vel ex parte rerum significatarum, vel ex parte rationum intellectarũ quæ nomina, ad quas significandas nomina imponuntur. Horum ergo nominũ quæ de Deo dicuntur, synonyma impediri nõ possunt per diuersitatem rerum significatarum secundum præhabita: sed solum per

A rationes nominum quæ sequuntur conceptiones intellectuum. Et ideo dicitur Cõment. 11. Metaphy. quod multiplicitas in Deo est solum secundum differentiam in intellectu, & non in esse, quod nos dicimus vnum secundum rem, & multa secundum rationem. Istæ autem diuersæ rationes in intellectu nostro existentes, nõ possunt tales rationes esse, quibus nihil respondeat ex parte rei. Etenim quorum sunt istæ rationes, intellectus noster Deo attribuit. Vnde si nihil esset in Deo, vel secundum ipsum, vel secundum eius effectũ, quod his rationibus responderet, intellectus esset falsus in attribuendo, & omnes propositiones, huiusmodi attributiones significantes, quod est inconueniens. Sunt autem quedam rationes, quibus in re intellecta nihil responderet: sed ea quorum sunt huiusmodi rationes, intellectus non attribuit rebus prout in seipsis sunt: sed solum prout intellectæ sunt, sicut patet in ratione generis & speciei & aliarum intentionum intellectuum. Nam nihil est in rebus quæ sunt extra animam, cuius similitudo sit ratio generis vel speciei: nec tamen intellectus est falsus, quia ea quorum sunt istæ rationes, scilicet genus & species, non attribuit rebus secundum quod sunt extra animam, sed solum secundum quod sunt in intellectu. Ex hoc enim qd intellectus in seipsum reflectitur, sicut intelligit res existentes extra animam: ita intelligit eas esse intellectas. Et sic sicut est quedam conceptio intellectus vel ratio, cui respondet res ipsa, quæ est extra animam, ita est quedam conceptio, vel ratio, cui respondet res intellecta, secundum quod huiusmodi, sicuti rationi hominis vel conceptioni hominis, respõdet res extra animam: rationi vero vel cõceptioni generis, aut speciei, respondet solum res intellecta. Non autem est possibile huiusmodi esse rationes horũ nominũ, quæ de Deo dicuntur, quia sic intellectus non attribueret ea Deo secundum quod in se est: sed secundum quod intelligitur, qd patet esse falsum. Esset enim sensus, cum dicitur, Deus est bonus, qd Deus sic intelligitur, non autem quod sit. Et ideo dicunt quidam qd istis diuersis rationibus nominum respondent diuersa connotata, quæ sunt diuersi Dei effectus, volunt enim quod cum dicitur, Deus est bonus, significetur eius essentia cum aliquo effectu connotato, vt sit sensus, Deus est & bonitatem causat: sicut diuersitas harum rationum causatur ex diuersitate effectuum, sed hoc non videtur cõueniens, quia cum effectus a causa secundum similitudinem procedat, prius oportet intelligere causam aliqualem quam effectus tales. Nõ ergo sapiens dicitur Deus, quoniam sapiẽtiam causat: sed quia est sapiens, ideo sapiẽtiam causat. Vnde August. dicit quod quia Deus est bonus, sumus: in quantum sumus, boni sumus. Et præterea fm hoc sequeretur qd huiusmodi nomina per prius dicerentur de creatura qd de creatore: sicut sanitas prius dicitur de sano quàm de sanatio, quod sanum dicitur ea ratione, quia sanitatem causat. Itẽ si nihil aliud intelligitur, cum dicitur Deus est bonus, nisi Deus est, & est bonitatis causator, sequeretur qd eadem ratione omnia nomina effectuum diuinorũ de eo possent prædicari, vt diceretur, Deus est cœlum, quia cœlum causat. Et iterũ si hoc dicatur de causalitate in actu, patet esse falsum: quia secundum hoc non possemus dicere qd Deus ab æterno fuerit bonus, vel sapiens, vel aliqd huiusmodi: non enim ab æterno fuit causa in actu. Si autem hoc intelligatur de causalitate secundum virtutem, vt dicatur

1077. 116

1077. 116

1077. 116

Li. 2. de doctr. Christ. 2. na. 6. 32. 6. 3.

catur

causatur bonus, quia est, & habet virtutem bonitatem infundendi, tunc oportebit dicere quod hoc nomen bonum significat illam virtutem: sed illa virtus est quaedam supereminens similitudo sui effectus, sicut & quaelibet virtus agentis equiuoci. Vnde sequeretur quod intellectus concipiens bonitatem, assimilaretur ad id, quod est in Deo, & quod est Deus. Et sic rationi vel conceptioni bonitatis, responderet aliquid quod est in Deo, & quod est Deus. Et ideo dicendum est, quod omnes istae multae rationes, & diuersae habent aliquid respondens in ipso Deo, cuius omnes istae conceptiones intellectus sunt similitudines. Constat enim quod vnus formae non potest esse, nisi vna similitudo secundum speciem, quae sit eiusdem rationis cum ea: possunt tamen esse diuersae similitudines imperfectae, quarum quaelibet a perfecta forma representatione deficiat. Cum ergo, ut ex superioribus patet, conceptiones perfectionum in creaturis inuentarum, sint imperfectae similitudines, & non eiusdem rationis cum ipsa diuina essentia, nihil prohibet quin ipsa vna essentia omnibus praedictis conceptionibus respondeat, quasi per eas imperfecte representata. Et sic omnes rationes sunt quaedam in intellectu nostro, sicut in subiecto: sed in Deo sunt ut in radice veritate has conceptiones. Nam non essent verae conceptiones intellectus, quas habet de re aliqua: nisi per viam similitudinis illis conceptionibus res illa responderet. Diuersitatis ergo vel multiplicis nominum causa est a ex parte intellectus nostri, qui non potest perungere ad illam Dei essentiam videndam secundum quod est: sed videt eam per multas similitudines eius deficientes, in creaturis quasi in speculo resultantibus. Vnde si ipsam essentiam videret, non indigeret pluribus nominibus, nec indigeret pluribus conceptionibus. Et propter hoc, Dei verbum quod est perfecta conceptio ipsius non est nisi vnum, propter hoc dicitur Zach. vlti. In die illa erit Dominus vnus, & nomen eius vnum: quando ipsa Dei essentia videbitur, & non colligetur Dei cognitio ex creaturis.

Art. pract.

D. 369.

D. 333.

In corp. art.

In corp. art.

Ad PRIMVM ergo dicendum, quod licet ista nomina significant vnam rem: multis tamen rationibus, ut dictum est. Et propter hoc non sunt synonyma.

Ad SECUNDVM dicendum, quod Damascene intelligit quod in diuinis omnia sunt vnum secundum rem, praeter proprietates personales, quae realem personarum distinctionem constituunt: tamen non excludit quin ea quae de Deo dicuntur, ratione differant.

Ad TERTIVM per hoc patet responsio: quia sicut bonitas & sapientia, sunt vnum secundum rem cum diuina essentia: ita & adiuuicem, eam tamen rationes horum nominum differant, ut dictum est.

Ad QVARTVM dicendum, quod iam patet ex praedictis, quod licet Deus sit vnus vnus, tamen istae multae conceptiones vel rationes non sunt falsae, quia oibus eis responderet vna & eadem res imperfecte per eas representata: essent autem falsae, si nihil eis responderet.

Ad QVINTVM dicendum, quod cum omnimoda vnitas sit ex parte Dei, & multiplicitas ex parte creaturarum, sicut oportet quod in Deo intelligente plures creaturas sit vna forma intelligibilis per essentiam, & multi respectus ad diuersas creaturas: ita in intellectu nostro ex multiplicitate creaturarum in Deum ascendente, oportet quod sint multae species habentes relationes ad vnum Deum.

Ad SEXTVM dicendum, quod istae rationes non fundantur in diuina essentia, sicut in subiecto: sed sicut in

F causa veritatis, vel sicut in representatione per omnes quod eius simplicitati non derogat.

Ad SEPTIMVM dicendum, quod paternitas, & filiationem habent oppositionem adiuuicem, & ideo argunt realem distinctionem suppositorum: non autem bonitas & sapientia.

ARTICVLVS VII.

Vtrum huiusmodi nomina dicantur in creaturis vniuoce, vel equiuoce.

SEPTIMO quaeritur vtrum huiusmodi nomina dicantur de Deo & creaturis vniuoce, vel equiuoce. Et videtur quod vniuoce. Mensura enim & mensuratum sunt vnus rationis: sed diuina bonitas est mensura omnis bonitatis creatae, & eius sapientia omnis sapientiae. ergo vniuoce dicuntur de Deo & creatura. ¶ 1. Præ. similia sunt quae communicant in forma: sed creatura potest Deo similari, quod patet Ge. j. Eadem enim hominem &c. ergo creatura ad Deum est aliqua communicatio in forma. De omnibus autem communicationibus in forma potest aliquid vniuoce predicari. ergo de Deo & creatura potest aliquid predicari vniuoce. ¶ 2. Præ. Maius & minus non diuersificant specie: sed cum creatura dicatur bona, & Deus bonus, in hoc differre quod Deus est melior omni creatura, ergo bonitas Dei & creaturae non diuersificantur secundum speciem, & sic vniuoce bonum predicatur de Deo & creatura. ¶ 3. Præ. Inter ea quae sunt diuersorum generum, non potest esse comparatio, sicut Phil. probat in 7. Physicorum enim comparabilis est velocitas alterationis, velocitatis motus localis: sed inter Deum & creaturam attenditur aliqua comparatio (dicitur enim quod Deus & creatura bonus, & creatura est bona) ergo Deus & creatura sunt vnus generis: & ita aliquid de eis potest vniuoce predicari. ¶ 4. Præ. Nihil cognoscitur nisi per speciem vnus rationis, non enim albedo quae est in pariete per speciem quae est in oculo cognoscitur, nisi esset vnus rationis: sed Deus per suam bonitatem cognoscitur bona, & per suam esse cognoscitur omnia, & sic de aliis ergo bonitas Dei & creaturae sunt vnus rationis: sic vniuoce bonum de Deo & creatura predicatur. ¶ 5. Præ. Domus quae est in mente artificis, & domus quae est in materia, sunt vnus rationis, sed omnes creaturae processerunt a Deo, sicut artificata ab artifice: ergo bonitas quae est in Deo, est vnus rationis cum bonitate quae est in creatura, & sic idem quod primo ¶ 7. Præ. Omne agens equiuocum reducitur ad aliquid vniuocum, ergo primum agens quod Deus est, oportet esse vniuocum: sed de agente vniuoco & effectui eius proprio aliquid vniuoce predicatur, ergo de Deo & creatura predicatur aliquid vniuoce.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit 10. Metaph. quod aeterno & temporali nihil est commune nisi nomen, sed Deus est aeternus, & creaturae temporales, ergo Deo & creaturis nihil potest esse commune nisi nomen, & sic predicatur equiuoce prae dicta nomina de Deo & creaturis.

¶ 1. Præ. Cum genus sit prima pars definitionis, ablato genere remouetur significata ratio per nomen, unde si aliquid nomen imponatur ad significandum id quod est in alio, erit nomen equiuocum: sed sapientia dicta de creatura est in genere qualitatis. Cum ergo sapientia dicta de Deo non sit qualitas, ut supra ostensum est, videtur quod hoc nomen sapientia equiuoce predicatur de Deo & creaturis.

¶ 3. Præ.

¶ 3 Præ. Vbi nulla est similitudo, ibi non potest aliquid cõiter prædicari, nisi æquiuoce: sed inter creaturã & Deum nulla est similitudo: dicitur. n. l. ai. 40. Cui ergo simile fecistis &c. ergo vñ q̄ nihil possit prædicari vniuoce de Deo & creaturis. Sed dicendum, quod licet Deus non possit dici similis creaturæ: creatura tamen potest dici similis Deo.

¶ 4 Sed contra est, quod dicitur in Plaimis. Deus quis similis erit tui? quasi dicat, nullus.

¶ 5 Præ. Secundum accidens non potest esse aliquid simile substantiæ: sed sapiëntia in creatura est accidens, in Deo autem est substantia. ergo homo nõ potest diuinæ sapiëntiæ similari per suam sapiëntiam.

¶ 6 Præ. Cum in creatura aliud sit eẽ, & aliud sit forma vel natura, per formã vel naturã nihil similitur ei quod est esse: sed ista nomina prædicata de creaturis significant aliquam naturam vel formã, Deus autem est hoc ipsum quod est suum esse. ergo per huiusmodi quæ dicuntur de creatura, non potest creatura Deo similari, & sic idem quod prius.

¶ 7 Præ. Magis differt Deus a creatura, q̄ numerus ab albedine: sed stultum est dicere numerum similari albedini, aut e conuerso. ergo stultius est dici q̄ aliqua creatura sit similis Deo, & sic idẽ quod prius.

¶ 8 Præ. Quæcunque simulantur adinuicem, in aliquo vno conueniunt: quæ vero in vno conueniunt, sunt transmutabilia inuicem: Deus autem est omnino intransmutabilis. ergo non potest esse aliqua similitudo inter Deum & creaturam.

RESPON. Dicendum, q̄ impossibile est aliquid vniuoce prædicari de Deo & creatura. Quod ex hoc patet. Nã ois effectus agētis vniuoce, ad aquat virtutẽ agentis: nulla autẽ creatura cum sit finita, potest adæquare virtutẽ primi agētis, cum sit infinita. Vnde impossibile est q̄ similitudo Dei, vniuoce in creatura recipiatur. Itẽ, patet q̄ si sit vna rō formæ existens in agẽte, & in effectu, diuersus tamen modus existendi impedit vniuoceã prædicationẽ: licet n. eadẽ sit rō domus quæ sit in materia, & domus quæ est in mente artificis, quia vnum est rō alterius: nõ tamẽ domus vniuoce de vtraq; prædicatur, propter hoc q̄ species domus in materia hẽt esse materiale, in mente verõ artificis immateriale. Dato ergo per impossibile, q̄ eiuẽdẽ rōnis sit bonitas in Deo & creatura, nõ tamen bonum vniuoce de Deo prædicaretur, cum quod in Deo est immaterialiter & simpliciter, in creatura sit materialiter & multipliciter. & præterea ens non dicitur vniuoce de substantia & accidente, propter hoc q̄ substantia est ens tanq̄ per se habens esse, accidens verõ tanq̄ cuius esse est in esse. Ex quo patet q̄ diuersa habitudo ad esse impedit vniuoceã prædicationẽ entis. Deus autem alio modo se habet ad esse, q̄ aliqua alia creatura. nã ipse est suum esse quod nulli alij creaturæ competit: vnde nullo modo vniuoce de Deo & creatura dicitur, & p̄ cõsequens nec aliquid aliorum prædicabilium, inter quæ est ipsum primum ens. Existente enim diuersitate in primo, oportet in alijs diuersitatem inueniri. vnde de substantia & accidente nihil vniuoce prædicatur. Quidã autẽ aliter dixerũt, q̄ de Deo & creatura nihil prædicatur analogice: sed æquiuoce pure. Et huius opinionis est Rabbi Moyses, vt ex suis dictis patet. Ista autem opinio non potest esse vera: quia in pure æquiuocis quæ Philoso. nominat a casu æquiuoca, nõ dicitur aliquid de vno per respectũ ad alterum. Omnia autem quæ dicuntur de Deo & creaturis, dicuntur de Deo fm̄ aliquem respectum

A ad creaturas, vel e contrario: sicut patet per omnes opiniones positas de expositione diuinorum nominum. vnde impossibile est, q̄ sit pura æquiuocatio. Item, cum omnis cognitio nostra de Deo ex creaturis sumatur. si non erit conuenientia nisi in nomine tantum: nihil de Deo sciremus. nisi nomina tantum vana, quibus res non subesset. Sequeretur etiã q̄ omnes demonstrationes a Philosophis datæ de Deo, essent sophistica: verbĩ gratia, si dicatur q̄ oẽ quod est in potentia reducitur ad actum per ens actũ, & ex hoc concluderetur, q̄ Deus esset ens actũ: cum per ipsum omnia in esse educantur, erit fallacia æquiuocationis, & sic de omnibus alijs. Et præterea oportet causatum esse aliquammodo simile causæ, vnde oportet de causato, & causa nihil pure æquiuoce prædicari: sicut sanum de medicina & animali. & ideo aliter dicendum est, q̄ de Deo & creatura nihil prædicatur vniuoce: non tamen ea, quæ communiter prædicantur, pure æquiuoce prædicantur: sed analogice. Huius autem prædicationis duplex est modus, vnus quo aliquid prædicatur de duobus per respectum ad aliquod tertium: sicut ens de qualitate & quantitate per respectum ad substantiam. Alius modus est, quo aliquid prædicatur de duobus per respectum vnus ad alterum: sicut ens de substantia, & quantitate. In primo autẽ modo prædicationis, oportet esse aliquid prius duobus, ad quod ambo respectum habent, sicut substantia ad quantitatem & qualitatem: in secundo autem nõ, sed necesse est vnũ esse prius altero. Et ideo cũ Deo nihil sit prius, sed ipse sit prior creatura, cõpetit in diuina prædicatione secundus modus analogiæ, & non primus.

AD PRIMUM ergo dicendum, q̄ rō illa procedit de mensura, cui mensuratum potest cõparari vel cõmensurari: talis autem mēsurã nõ est Deus, cum in infinitum omnia excedat per ipsum mēsurata.

AD SECVNDVM dicẽdũ, q̄ similitudo creaturæ ad Deum, deficit a similitudine vniuoce corũ in duobus. Primo quia non est per participationem vnus forma, sicut duo calida secũdum participationẽ vnus caloris. hoc enim q̄ de Deo, & creaturis dicitur: prædicatur de Deo per essentiam, de creatura vero per participationem, vt sic talis similitudo creaturæ ad Deum intelligatur, qualis est calidi ad calorem, nõ qualis calidi ad calidius. Secũdo quia ipsa forma in creatura participata deficit a ratione eius, q̄ Deus est: sicut calor ignis deficit a ratione virtutis solaris per quam calorem generat.

AD TERTIVM dicendum, q̄ magis, & minus tripliter potest cõsiderari, & sic prædicari, uno modo secundum solam quantitatem participati, sicut nix dicitur albi or pariete, quia perfectior est albedo in niue quã in pariete, sed tamẽ vnus rationis. unde talis diuersitas secundum magis, & minus nõ diuersificat speciem. Alio modo secundum q̄ unum participatur, & aliud per essentiam dicitur: sicut dicemus quod bonitas est melior quã bonum. tertio modo secundum quod modo eminentiori competit idẽ aliquid uni, quã alteri, sicut calor Soli quã igni, & hi duo modi impediunt vnitatem speciei, & vniuoceã prædicationem, & secundum hoc aliquid prædicatur magis, & minus de Deo, & creatura, vt ex dictis patet.

AD QVARTVM dicẽdũ, q̄ Deus non cõparatẽ creaturis in hoc, q̄ d̄ melior vel summũ bonum, quasi participas naturã eiusdẽ generis eũ creaturis, sicut sp̄s generis alicuius, sed quali principium generis.

Quæst. di. S. Tho. K Ad

Artes & e. d. c.

In corp. ar.

AD QUINTVM dicendum, q̄ in quantum species intelligibilis eminentior est in aliquo, tanto ex ea relinquitur perfectior cognitio. sicut ex specie lapidis in intellectu quam in sensu. Vnde per hoc Deus perfectissime potest cognoscere res per suam essentiam, in quantum sua essentia est supereminens similitudo rerum, & non adæquata.

AD SEXTVM dicendū, q̄ inter creaturā, & Deum est duplex similitudo. Vna creaturæ ad intellectum diuinū, & sic forma intellecta p̄ Deū est vnus ratio nis cū re intellecta: licet non habeat eūdem modū essendi, q̄a forma intellecta est tantū in intellectu, forma autem creaturæ est vt in re. Alio modo s̄m q̄ ipsa diuina essentia est omnium rerum similitudo superexcellens, & nō vnus rōnis. Et ex hoc modo similitudinis contingit q̄ bonum & huiusmodi prædicantur cōmuniter de Deo, & creaturis, nō autē ex primo. Non enim hæc est ratio Dei cū dicitur, Deus est bonus, quia bonitātē creaturæ intelligit: cum iam ex dictis pateat, q̄ nec etiam domus quæ est in mente artificis, cum domo quæ est in materia vniuoce dicitur domus.

In corp. art. & art. 5.

AD SEPTIMVM dicendum, q̄ agens æquiuocum oportet esse prius, quā agens vniuoce: quia agens vniuoce non habet causalitatem super totam speciem, alias esset causa sui ipsius, sed solum super aliquod indiuiduum speciei: agens autem æquiuocū habet causalitatem super totam speciem, vnde oportet primum agens esse æquiuocum.

AD PRIMUM vero q̄ in contrariū obijcitur dicendum, q̄ Philosophus loquitur de communitate naturaliter, & non logice. Ea vero quæ habent diuersū modum essendi, non cōmunicant in aliquo secundum esse quod considerat naturalis: possunt tñ cōmunicare in aliqua cōmuni intentione quā considerat logicus. Et præterea etiā secundum naturales corpus elementare, & celeste non sunt vnus generis: sed s̄m logicum sunt. Nihilominus tamen Philosophus non intendit excludere analogicā cōmunitatem, sed solum vniuoce. Vult n. ostendere q̄ corruptibile, & incorruptibile nō cōmunicāt in genere.

AD SECUNDVM dicendū, q̄ licet diuersitas generis tollat vniuoce: non tamen tollit analogiam. Quod sic patet. Sanum enim secundum quod dicitur de vrina est in genere signi: secundum vero quod dicitur de medicina, est in genere causæ.

D. 114. Ca. 9. a medio scilicet. D. 111. Et 112. Et 1064.

AD TERTIVM dicendū, q̄ Deus nullo modo dī, esse similis creaturæ, sed econtrario: quia ut dicit Dion. 9. cap. de Diu. nom. in causa, & causatis non recipimus similitudinis conuersionē, sed solum in coordinatis. homo enim nō dicitur similis suæ imagini, sed econtrario propter hoc q̄ forma illa secundum quam attenditur similitudo per prius est in homine quā in imagine. Et ideo Deum creaturis similem non dicimus, sed econtrario.

D. 1164.

Cap. 9. de diu. n. om. a medio. illius.

AD QVARTVM dicendū, q̄ cum dī, nulla creatura est similis Deo, ut eodē c. dicit Dion. hoc intelligendum est s̄m q̄ causata minus habent a sua causa, ab ipsa incomparabiliter deficientia. Quod non est intelligendum secundum quantitātē participati, sed alijs duobus modis, sicut supra dictum est.

In corp. art.

AD QUINTVM dicendum, q̄ s̄m accūs nō potest esse aliquid simile substantiæ similitudine, quæ attenditur s̄m formā vnus rōnis: sed secundum similitudinem quæ est inter causatum, & causam nihil prohibet. Nam primam substantiam oportet esse causam omnium accidētium. Et similiter dicendū ad sextū.

AD SEPTIMVM dicendū, q̄ albedo nec est in genere numeri, nec est principium generis: & iō nulla similitudo vnus ad alterum attendit. Deus autē est principium oīs generis: & ideo ei omnia aliquid similitudinis. AD OCTAVVM dicendum, quod ratio illa procedit de his, quæ communicant in genere vel in materia, qualis conditio non est Dei ad creaturas.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum sit aliqua relatio inter Deum & creaturam.

QVINTVM queritur vtrum sit aliqua relatio inter Deum & creaturam. Et videtur q̄ non. Relatiua enim sunt simul secundum Philosophum: sed creatura non potest simul esse cum Deo: Deus enim omnibus modis est prior creatura. ergo nulla relatio potest esse inter creaturam & Deum. ¶ 2 Præ. Inter quæcunque est aliqua relatio, est eorum aliqua adinuicē cōparatio: sed inter Deū & creaturā nō est cōparatio, ea n. quæ non sunt vnus generis, nō sunt cōparabilia: sicut numerus & linea. ergo nō est aliqua relatio inter Deum & creaturam. ¶ 3 Præ. In quocunq; genere est vnus relatiuorū, est et aliud: sed Deus non est in eodem genere cum creatura. ergo nō possunt relatiue adinuicem dici. ¶ 4 Præ. Creatura non potest esse opposita creaturi, quia oppositum nō est causa sui oppositi: sed relatiua adinuicem opponuntur. ergo non potest esse relatio inter creaturam & Deum.

¶ 5 Præ. De quocunq; aliquid de nouo incipit dici, aliquo modo potest dici factum. ergo sequitur si aliquid relatiue ad creaturam de Deo dicitur, q̄ Deus aliquo modo sit factus, quod est impossibile: cum ipse sit immutabilis.

¶ 6 Præ. Omne quod prædicatur de aliquo, prædicatur de eo aut per se, aut p̄ accidens: sed ea quæ imponunt relationē ad creaturā nō prædicantur de Deo per se, quia hōi prædicata ex necessitate & semp̄ prædicantur, nec iterum per accidens. ergo nullo modo aliqua talia relatiua de Deo prædicari possunt.

SED CONTRA est, quod Augustinus dicit 6. vel 9. de Trinitate, quod creator relatiue dicitur ad creaturam, sicut dominus ad seruū.

RESPON. Dicendū, q̄ relatio in hoc differt a quantitate & qualitate: quia quantitas & qualitas sunt eadem accidentia in subiecto remanentia, relatio autē non significat, vt Boetius dicit in lib. de Trinitate, vt in subiecto manens: sed vt in trāsitu quodā ad aliud vnde & Porretani dixerunt relationes nō esse intrinsecas, sed assistentes: quod aliquid relatiue verum est, vt posterius ostendetur. Quod autem attribuitur alicui vt ab eo in aliud procedens, nō facit cōpositiōnē cum eo, sicut nec actio cum agente. Ex propter hoc etiam probat Philosophus 5. Physicor. q̄ in ad aliquid non potest esse motus: quia sine aliqua mutatione eius quod ad aliud refertur, potest relatio determinari ex sola mutatione alterius. Sicut etiā de actione patet, q̄ non est motus secundum actionem nisi metaphorice, & improprie: sicut exiens de loco in actum mutari dicimus, quod non esset si relatio vel actio significaret aliquid in subiecto manens. Et hoc autem apparet, quod non est contra rationem simplicitatis alicuius, multitudo relationum, quæ est inter ipsum & alia: immo quanto simplicior est, tanto concommitantur ipsum plures relationes. Quanto enim aliquid est simplicius, tanto virtus est

est minus limitata: vnde ad plura se extendit sua causalitas. Et ideo in libro de Causis dicitur, qd omnis virtus vnita plus est infinita, q virtus multiplicata. Oportet autem intelligi aliquam relationem inter principium, & ea quae a principio sunt: non solum quidem relationem originis, secundum qd principia oriuntur a principio, sed etiam relationem diuersitatis: quia oportet effectum a causa distingui, cum nihil sit causa sui ipsius. Et ideo ad summam Dei simplicitatem consequitur, quod infinita habitudines siue relationes existant inter creaturas & ipsum, secundum quod ipse creaturas producit a seipso diuersas, aequaliter tamen sibi assimilatas.

AD PRIMUM ergo dicendum, qd illa relatiua sunt simul natura, quae pari ratione mutuo referuntur: sicut pater ad filium, dominus ad seruum, duplum ad dimidium. Illa vero relatiua in quibus non est eadem ratio referendi ex vtraque parte, non sunt simul natura, sed alterum est prius naturaliter, sicut est Philosopho, dicit de sensu & sensibili, scientia & scibili. Et sic patet qd non oportet qd Deus & creatura sint simul natura, cum non sit eadem ratio referendi ex vtraque parte. Nihilominus autem non est necesse in illis etiam relatiuis, quae sunt simul natura, quod subiecta sint naturaliter simul: sed relationes solae.

AD SECUNDUM dicendum, qd non omnium est comparatio, quorum est relatio adinuicem: sed solum illorum quorum est relatio secundum vnam quantitatem, vel qualitatem, vt ex hoc possit vnum altero dici maius, aut melius, vel albius, vel aliquid huiusmodi. Relationum autem diuersitates possunt adinuicem referri, etiam quae diuersorum generum sunt: ea enim quae diuersorum generum sunt, sunt adinuicem diuersa. Nihilominus tamen quamuis Deus in eodem genere non sit cum creatura, sicut contentum sub genere: est tamen in omnibus generibus sicut principium generis. Et ex hoc potest esse aliqua relatio inter creaturam, & Deum: sicut inter principia & principium.

AD TERTIUM dicendum, qd non oportet subiecta relationum esse vnus generis, sed solum relationes ipsas, vt patet in hoc qd quantitas a quidditate diuersa dicitur. Et tamen vt dictum est non est eadem ratio de Deo & creaturis, sicut de his quae sunt in diuersis generibus, adinuicem nullo modo coordinata.

AD QUARTUM dicendum, qd oppositio relationis in duobus differt ab alijs oppositionibus, quorum primum est qd in alijs oppositis vnum dicitur alteri opponi, in quantum ipsum remouet: negatio enim remouet affirmationem, & secundum hoc ei opponitur. Oppositio vero priuationis & habitus & contrarietatis includunt oppositionem contradictionis, vt 4. Metaphysic. dicitur: non autem est hoc in relatiuis. Non enim per hoc opponitur filius patri, qd ipsum remoueat: sed propter rationem habitudinis ad ipsum. Et ex hoc causatur secunda differentia, quia in alijs oppositis semper alterum est imperfectum, quod accidit ratione negationis quae includitur in priuatione & altero contrariorum; hoc autem in relatiuis non oportet, immo vtrumque considerari potest vt perfectum: sicut patet maxime in relatiuis aequalitatis, & in relatiuis originis, vt aequale, simile, pater, & filius. Et ideo relatio magis potest attribui Deo, quam aliae oppositiones. Ratione quidem prima differentia potest attendi oppositio relationis inter creaturam & Deum, non autem alia oppositio: cum ex Deo sit magis creaturarum positio, qd earum remotio: est tamen aliqua habitudo creaturarum ad Deum.

A Ratione vero secunda differentia est in ipsis diuinis personis (in quibus nihil imperfectum esse potest) oppositio relationis, & non alia, vt posterius apparebit.

AD QUINTUM dicendum, qd cum fieri sit proprie mutari, non est secundum relationem nisi per accidens. s. mutato eo ad quod consequitur relatio: ita nec fieri. Corpus enim mutatum secundum quantitatem sit aequale, non qd mutatio per se aequalitatem respiciat: sed per accidens se habet ad ipsam. Et tamen non oportet, qd ad hoc qd de aliquo relatio aliqua de nouo dicatur, qd aliqua mutatio in ipso fiat: sed sufficit qd fiat mutatio in aliquo extremorum: causa enim habitudinis inter duos est aliquid inhaerens vtrique. Vnde ex quacumque parte fiat mutatio illius quod habitudinem causabat, tollitur habitudo quae est inter vtrumque. Et secundum hoc, per hoc qd in creatura aliqua mutatio fit, aliqua relatio de Deo incipit dici. Vnde ipse non potest dici factus, nisi metaphorice: quia se habet ad similitudinem facti, in quantum de Deo aliquid nouum dicitur. Et sic dicimus, Domine refugium factus est nobis.

AD SEXTUM dicendum, qd huiusmodi relationes cum de Deo dici incipiunt propter mutationem in creatura factam, patet qd causa quare de Deo dicitur est ex parte creaturae: & per accidens de Deo dicuntur. Non quidem accidens, quod in Deo sit vt August. dicit: sed secundum aliquid extra ipsum existens, quod ad ipsum accidentaliter comparatur. Non enim esse Dei a creatura dependet, sicut nec esse aedificatoris a domo. Vnde sicut accidit aedificatori quod domus sit: ita Deo quod creatura. Omne enim dicimus per accidens se habere ad aliquid, sine quo illud esse potest.

ARTICVLVS IX.

Vtrum huiusmodi relationes quae sunt inter creaturas, & Deum, sint realiter in ipsis creaturis.

NONO quaeritur, vtrum huiusmodi relationes quae sunt inter creaturas & Deum, sint realiter in ipsis creaturis. Et videtur qd non. Aliquae enim relationes inueniuntur, in quibus ex nulla parte relatio aliquid realiter ponit: sicut Auic. dicit de relatione quae est inter ens, & non ens: sed nulla extrema relationis magis adinuicem distant, quam Deus & creatura, ergo ista relatio non ponit aliquid realiter ex parte neutra.

¶ 1. Praet. Oe illud negandum est, ad quod sequitur processus in infinitum: sed si in creatura relatio ad Deum sit res aliqua, erit procedere in infinitum. Relatio enim illa aliquid creatum erit, si est res quaedam: & ita erit alia relatio ipsius ad Deum pari ratione, & sic in infinitum. Non ergo ponendum est quod in creatura ad Deum relatio, sit res aliqua.

¶ 2. Praet. Nihil refertur nisi ad determinatum, & vnum, vt dicitur 4. Metaphysic. vnde duplum non refertur ad quodlibet, sed ad dimidium: & pater ad filium, & sic de alijs. Oportet ergo secundum differentiam eorum quae referuntur, esse differentias eorum ad quae fit relatio: sed Deus est vnum ens simpliciter, ergo non potest ad ipsum fieri relatio omnium creaturarum, aliqua relatione reali.

¶ 3. Praet. Secundum hoc creatura refertur ad Deum, secundum qd ab ipso procedit, sed creatura procedit a Deo secundum ipsam substantiam, ergo secundum suam substantiam refertur ad Deum, & non secundum aliquam relationem superuenientem.

¶ 4. Praet. Relatio est aliquid medium inter extrema relationis, sed nihil potest esse realiter medium inter Deum

Quaest. dist. S. Thomae. K 2 & crea.

Q. 8. sequa.

D. 8. in dial. 87. q. 41.

Lib. 4. meta. cap. 10. circa finem.

Li. 4. con. 26. con. 9.

propof. com. 3. in opa Arist. 10.

predic. aliquid a dio 10.

D. 44.

fol. ad 25.

& creaturam immediate a Deo creatam, ergo relatio ad Deum non est aliqua res in creatura.

¶ 6 Præ. Philo. in 4. Met. dicit qd si omnia apparentia essent vera, res sequeretur opinionem nostram, & sensum, sed constat qd oēs creaturæ sequuntur æstimationem, siue scientiam sui creatoris, ergo creaturæ omnes substantialiter referuntur ad Deum, & non per aliquam relationem inhaerentem.

¶ 7 Præ. Inter quæ est maior distantia, minus vñ esse relatio: sed est maior distantia creaturæ ad Deum, q̄ vnius creaturæ ad aliã. Non est autē relatio creaturæ ad creaturam res aliqua, vt videtur. nã cum non sit substantia, oportet qd sit accidens, & ita qd subiecto insit, & qd ab eo remoueri nõ possit mutatione subiecti, cuius contrariũ supra de relatione est dictũ, ergo nec relatio creaturæ ad Deum est res aliqua.

¶ 8 Præ. Sicut ens creatum distat a non ente in infinitum, ita etiam a Deo in infinitum distat: sed inter ens creatum, & non ens purum, nõ est aliqua realis relatio, vt Auicenna dicit, ergo nec inter ens creatum, & ens increatum.

SED CONTRA est, qd Aug. dicit 3. de Trini. Quod temporaliter dici incipit Deus, quod antea non dicebatur: manifestum est relatiue dici: non tamen secundum accidens Dei, qd ei aliquid acciderit: sed plane secundũ accens eius ad quod Deus incipit dici relatiue, sed accens res aliqua in subiecto est, ergo relatio ad Deum est res aliqua in creatura.

¶ 2 Præ. Oē quod refertur ad aliquid per sui mutationem, realiter refert ad ipsũ: sed creatura refert ad Deũ p sui mutationem, ergo realiter refert ad Deum.

RESPON. Dicendum, qd relatio ad Deum est aliqua res in creatura. Ad cuius euidenciam sciendum est, qd sicut dicit Cõmen. in 11. Met. qd quia relatio est debilioris esse inter oĩa prædicamenta: ideo putauerunt quidam eam esse ex fecidis intellectibus. Prima enim intellecta sunt res extra animã, in quæ primo intellectus intelligenda fertur. Secunda autē intellecta, dicitur intentiones consequentes modum intelligendi: hoc. n. secundo intellectus intelligit, in quantum reflectitur supra seipsum, intelligens se intelligere, & modũ quo intelligit. Secundum ergo hanc positionem sequeretur, qd relatio nõ sit in rebus extra animã: sed in solo intellectu, sicut intentio generis, & speciei & secundarũ substantiarũ: hoc autē esse non potest. In nullo enim prædicamento ponitur aliquid, nisi res extra animam existens. Nam ens ronis diuiditur contra ens diuisum per decẽ prædicamenta, vt patet 3. Met. Si autē relatio nõ esset in rebus extra animã, nõ poneretur ad aliquid unum genus prædicamenti. Et præterea pfectio, & bonum quæ sunt in rebus extra animã, non solum attenditur fm aliquid absolute inhaerens rebus, sed etiam secundum ordinem vnius rei ad aliam: sicut etiam in ordine partium exercitus, bonum exercitus cõsistit huic. n. ordini cõparat Philo. ordinem vniuersi. 11. Met. Oportet ergo in ipsis rebus ordinẽ quẽdã esse, hic autē ordo relatio quãdã est. Vnde oportet in rebus ipsis relationes quãsdam esse: secundũ quas vnum ad alterum ordinatur. Ordinatur autem vna res ad aliam, vel secundum quantitatem, vel secundum virtutẽ actiuam seu passiuã. Ex his enim solum duobus attenditur aliquid in vno, respectu extrinseci. Mensuratur enim aliquid non solum a quantitate intrinseca: sed etiam ab extrinseca. per virtutem etiã actiuam vnumquodque agit in alterum, & per passiuã patitur ab altero: per substantiam autem &

F qualitatem ordinatur aliquid ad seipsum tãtum, nõ ad alterum, nisi per accidens. secundum qd qualitas vel forma substantialis aut materia, habet rationem virtutis actiue vel passiuæ: & secundum qd in eis considerat aliqua ratio quantitatis prout vnum in substantia facit idem, & vnum in qualitate simile, & numerus siue multitudo dissimile: & diuersum in eisdem, & dissimile secundum qd aliquid magis, vel minus altero consideratur. Sic enim albus aliquid altero dicitur. Et propter hoc Philo. in 5. Met. species assignans relationis, quãsdã ponit ex quantitate causarum, quãsdã vero ex actione & passione. Sic ergo oportet qd res habentes ordinem ad aliquid, realiter referantur ad ipsum, & qd in eis aliqua res sit relatio. Omnes autem creaturæ ordinantur ad Deum, & sicut ad principium, & sicut ad finem. nam ordo qui est partium vniuersi adinuicem, est per ordinem est totius vniuersi ad Deum: sicut ordo qui est inter partes exercitus, est propter ordinem exercitus ad ducem, vt patet 11. Met. Vnde oportet quod creaturæ realiter referantur ad Deum, & quod ipsa relatio sit res quẽdam in creatura.

AD PRIMUM ergo dicendum, qd hoc qd aliqua relatio est inter creaturas adinuicem quæ in neutro extremorum aliquid ponat, non est propter creaturarum distantiam: sed propter hoc qd aliqua relatio non attenditur secundum ordinem aliquem qui sit in rebus: sed secundum ordinem qui est in intellectu tantum, quod non potest dici de ordine creaturarum ad Deum.

AD SECUNDUM dicendum, qd relationes ipsæ nõ referuntur ad aliud per aliam relationem: sed per se ipsas, quia essentialiter relationes sunt. Non autem est simile de his quæ habent substantiam absolutam, vnde non sequitur processus in infinitum.

AD TERTIUM dicendum, qd Philo. ibidẽ cõcludit, qd si oĩa referantur ad optimum, oportet in infinitum specie esse optimum. Et sic ad id quod est in infinitum specie, nihil prohibet infinita referri. Tale autē est Deus, cum perfectio suæ substantiæ ad nullum genus determinetur, vt supra habitum est. Et propter hoc nihil prohibet infinitas creaturas ad Deum referri.

AD QUARTUM dicendum, qd creatura refertur ad Deum fm suam substantiam sicut secundum causam relationis, secundum vero relationem ipsam formaliter: sicut aliquid dicitur simile secundum qualitatem causaliter: secundum similitudinem formaliter. Ex hoc enim creatura similis denominatur.

AD QUINTUM dicendum, qd cum dicitur creatura immediate a Deo pcedere, excluditur cã media creatis non tamen excluditur mediata realis habitudo, quæ naturaliter sequitur ad productionem creaturæ: sicut æqualitas sequitur productionem quãtitaris determinate: ita habitudo realis creationis, naturaliter sequitur ad productionem substantiæ creatæ.

AD SEXTUM dicendum, qd creaturæ sequuntur Deum scientiam: sicut effectus causam, nõ sicut propriam rationem essendi, vt sic nihil aliud sit creaturam esse quã a Deo sciri. hoc autem modo ponebant dicentes omnia apparentia esse vera, & rem sequi opinionem & sensum, vt scilicet vnicuique hoc esse esse, quod ab alio sentiri vel opinari.

AD SEPTIMUM dicendum, qd ipsa relatio quæ nihil est aliud quã ordo vnius creaturæ ad aliam: aliud habet in quantum est accidens, & aliud in quantum est relatio, vel ordo. In quantum enim accidens est, habet qd sit in subiecto: non autem in quantum est relatio

Li. 4. con. 19. & sequent. tom. 3.

Lib. 4. Met. ex cap. 10. Li. 5. c. ca. 16. tom. 3.

Vbi supra 5. ras hanc materiam in 1. ar. li. 11. c. 19.

Duo 89.

Li. 5. con. 13. & 14. tom. 3.

Lib. 11. Met. cõ. 12. & sequent. 3.

latio vel ordo, sed solum qd ad aliud sit quasi in aliud transiens, & quodammodo rei relatæ assistens. Et ita relatio est aliquid inhærens, licet non ex hoc ipso qd est relatio. Sicut & d actio ex hoc qd est actio, cõsideratur vt ab agente: in quãtũ vero est accidens, cõsideratur d vt in subiecto agente. Et id nihil prohibet qd esse destinat hmõ accõs line mutatione eius in quo est: qd sua rõ nõ pñcitur prout est in ipso subiecto, sed prout transit in aliud, quo sublato rõ huius accidentis tollitur quidem quantum ad actum, sed manet quantum ad cãm: sicut & subtracta materia tollitur calefactio, licet maneat calefactiois causa.

AD OCTAVVM dicendum, qd ens creatum non habet ordinem ad non ens, habet autem ordinem ad ens increatum, & ideo non est simile.

ARTICVLVS X.

Vtrum Deus realiter referatur ad creaturam, ita quod ipsa relatio sit res aliqua in Deo.

DECI MO quaritur, vtrum Deus realiter referatur ad creaturã, ita qd ipsa relatio sit res aliqua in Deo. Et videtur qd sic. Mouens. n. realiter referatur ad motum, vnde Philoso. 5. Meta. ponit relationem mouentis & moti vt species prædicamenti relationis: sed Deus comparatur ad creaturam vt mouens ad motum. ergo referatur realiter ad creaturã. Sed diceretur, qd mouet creaturas sine sui mutatione: & ideo non realiter referatur ad rem motam.

¶ 2 Sed contra. Vnum relatiue oppositorum, non est causã qd alterum dicatur de eodem: non. n. propter hoc aliquid est duplum, quia est dimidium. nec ideo Deus est pater, quia est filius. Si ergo mouens & motum relatiue dicuntur, non ideo relatio mouentis est in aliquo, qd est in eo relatio motu. Quod ergo Deus non mouetur, non impedit quin realiter referatur: vt mouens ad motum.

¶ 3 Præt. Sicut Pater dat esse filio, ita creator dat esse creaturæ: sed pater realiter referatur ad filium. ergo & creator ad creaturam.

¶ 4 Præt. Ea quæ proprie dicuntur de Deo, & nõ metaphoricè, re significatã ponunt in Deo: Sed inter ista noia commemorat Dionys. hoc nomẽ, dñs ergo res significata per hoc nomen, Dñs, realiter est in Deo: hæc autem est relatio ad creaturam. ergo & c.

¶ 5 Præt. Sciẽtia realiter referatur ad scibile, vt patet 5. Meta. sed Deus cõparatur ad res creatas, vt sciẽs ad scitum. ergo in Deo est aliqua relatio ad creaturã.

¶ 6 Præt. Illud quod mouetur semper habet realem relationem ad mouens: sed voluntas comparatur ad volitum, vt ad mouens, motum. Nam appetibile est mouens non motum, appetitus mouens motũ, vt dicitur 1. 1. Metaph. Cum ergo Deus velit res esse (omnia enim quacunque voluit fecit) videtur qd realiter referatur ad creaturam.

¶ 7 Præt. Si Deus ad creaturas nõ referatur, non vñ esse alia ratio, nisi quia a creaturis non dependet, & quia creaturas excedit: sed similiter corpora cœlestia a corporibus elementaribus non dependent, & ea quasi impropotionaliter excedunt. ergo secundum hoc sequeretur, quod nulla esset realis relatio corporum superiorum ad inferiora.

¶ 8 Præt. Omnis denominatio est a forma: forma autem est aliquid inhærens ei cuius est. Cum ergo Deus nominetur a relationibus ad creaturam, videtur quod ipsa relationes aliquid sint in Deo.

A ¶ 9 Præt. Proportio, quædã relatio realis est, sicut duplum ad dimidium: sed aliqua proportio videtur esse Dei ad creaturam, cũ inter mouens & motum oporteat esse proportionem. ergo videtur qd Deus ad creaturam realiter referatur.

¶ 10 Præt. Cum intellectus sint rerum similitudines, & voces sint signa rerum, ut dicit Phil. 1. Per herm. aliter ordinantur ista apud discipulum, & aliter apud doctorem. Doctor. n. incipit à reb. in qb. scientiam accipit in suo intellectu, cuius cõceptiones voces signant: discipulus aut incipit à uocib. p. quas in conceptiones intellectus magistri peruenit, & ab eis in rerum cognitionem. Oportet autẽ qd huiusmodi quæ de relationib. prædictis dicuntur, ab aliquo Doctore sint prius accepta. ergo apud eum huiusmodi nomina relatiua consequuntur conceptiones intellectus sui, quæ consequuntur rem. Et ita vñ qd huiusmodi relationes sint reales.

¶ 11 Præt. Huiusmodi relatiua, quæ de Deo dñr ex tpe, aut sunt relatiua fm esse, aut secundum dici. Si sunt relatiua fm dici, in neutro extremorũ aliquid ponunt realiter, hoc autem est falsum secundum prædicta: nam in creatura relata ad Deũ realiter existunt. Relinquitur ergo quod sunt relatiua secundum esse. Et ita videtur quod in utroque extremorum aliquid ponant realiter.

¶ 12 Præt. Hæc est natura relatiuorũ, qd posito uno ponitur aliud, & uno interempto aliud interimitur. Si igitur in creatura est aliqua realis relatio, oportet qd in Deo relatio ad creaturam sit realis.

SED CONTRA est, quod Aug dicit 5. de Trin. manifestum est Deum relatiue dici secundum accidens eius ad quod dici Deus aliquid incipit relatiue. ergo videtur, quod istæ relationes dicantur de Deo, non secundum aliquid quod in ipso sit, sed secundum aliquid quod extra ipsum est. Et ita nihil realiter in ipso ponunt.

¶ 2 Præt. Sicut scibile est mensura scientiæ, ita Deo est mensura omnium rerum, vt Commen. dicit 10. Metaphy. sed scibile non referatur ad scientiam per relationem, quæ in ipso realiter sit, sed potius per relationem scientiæ ad ipsum, ut patet per Phil. 5. Metaphy. ergo videtur quod nec Deus dicatur relatiue ad creaturam propter aliquam relationẽ, quæ sit realiter in eo.

¶ 3 Præt. Dion dicit 10. capite de diu. nom. in causis & causatis non recipimus conuersionem similitudinis: nam effectus dicitur similis causæ, non autem econtrario. Eadem autem ratio videtur de relatione similitudinis, & de alijs relationibus. ergo videtur, quod nec quantum ad alias relationes fiat conuersio a Deo ad creaturam, ut quia creatura realiter referatur ad Deum, Deus realiter referatur ad creaturam.

RESPON. Dicendum, qd relationes quæ dicuntur de Deo ad creaturam, non sunt realiter in ipso. Ad cuius euidentia sciendum est, qd cum relatio realis consistat in ordine unius rei ad rem aliam. ut dictũ est, in illis tm mutua realis relatio inuenitur, in quibus ex utraque parte est eadem rõ ordinis unius ad alterũ, quod quidẽ inuenitur in omnib. relationib. consequentib. quantitatem. Nam cum quantitatis rõ sit ab omni sensibili abstracta, eiusdem rationis est quantitas in omnibus naturalibus corporibus. Et pari rõne qua unum habentium quantitatẽ realiter referatur ad alterum, & aliud ad ipsum. habet aut una quantitas absolute considerata ad aliã or. Quæst. dif. S. Thomæ. K 3 dincm

Per her. in pta. 10. 1.

Art. præcod.

Lib. 1. ca. 16. 10. 3.

Lib. 5. ca. 29. 10. 3.

Cap. 9. de di. no a medi. Ex præced. tit. 10. a ubi supra qras. Artic. 8. & 9. præcedent.

D. 90. 15. Et 36.

5. com. tom. 3.

1. de diu. a medio.

b. 5. com. tom. 3.

12. met. 56. 10. 3.

dinem secundum rationem mensuræ & mensura-
ri, & sicut nomen totius, & partis, & aliorum huius-
modi quæ quantitatem consequuntur. In relatio-
nibus autem quæ consequuntur actionem & passio-
nem, siue virtutem actiuam, & passiuam, non est semper
mutuus ordo ex utraque parte. Oportet namque id,
quod semper habet rationem patientis & moti siue
causati, ordinem habere ad agens, uel mouens, cum
semper effectus a causa perficiatur, & ab ea depen-
deat, unde ordinatur ad ipsam, sicut ad suum perfe-
ctiuum. Agentia autem siue mouentia, uel et causa,
aliqua habent ordinem ad patientia, uel motum,
uel motu inductis, attenditur quoddam bonum, & per-
fectio mouentis uel agentis, sicut maxime patet in age-
ntibus, uel in motu quæ per actionem suæ speciei similitu-
dinem inducunt, & per consequens esse perpetui
proprie speciei, sicut est possibile conseruant. Pa-
ter hoc et idem in omnibus alijs, quæ in motu mouent,
uel agunt uel causant: nam ex ipso suo motu ordi-
nantur ad effectus producendos, & similiter in om-
nibus in quibus quodcumque bonum causa prouenit
ex effectu. Quædam uero sunt ad quæ quidem alia
ordinantur, & non e conuerso, quia sunt omnino
extrinseca ab illo genere actionum, uel uirtutum
quas consequitur talis ordo, sicut patet quod scientia
refertur ad scibile, quia sciens per actum intelligibi-
lem ordinem habet ad re scitam, quæ est extra ani-
mam. Ipsa uero res quæ est extra animam omnino non
attingitur à tali actu, cum actus intellectus non sit
transiens in exteriori materia mutandâ, unde
& ipsa res quæ est extra animam, omnino est extra ge-
nus intelligibile. Et per hoc relatio, quæ consequit
actum intellectus, non potest esse in ea, & similis ratio est
de sensu & sensibili. Licet enim sensibile immutet or-
ganum sensus in sua actione, & propter hoc habeat
relationem ad ipsum, sicut & alia agentia naturalia
ad ea quæ patiuntur ab eis, alteratio tamen organi non
perficit sensum in actu, sed perficitur per actum uir-
tutis sensitivæ, cuius sensibile, quod est extra animam,
omnino est expers. Similiter homo comparatur ad co-
lumnam ut dexter, ratione uirtutis motiuæ, quæ est in
homine, sicut quam competit ei dextrum & sinistrum,
ante & retro, sursum & deorsum. Et ideo humilimo-
di relationes in homine, uel animali reales sunt, non
autem in re quæ tali uirtute caret. Similiter numerus
est extra genus illius actionis per quam fit pretium,
quæ est conuentio inter aliquos homines facta, ho-
mo tamen est extra genus artificialium actionum, per
quas sibi imago constituitur. Et ideo nec homo habet
relationem realem ad suam imaginem, nec numerus
ad pretium: sed e contrario. Deus autem non ag-
git per actionem mediam, quæ intelligatur à Deo
precedens & in creaturam terminata: sed sua actio est
sua substantia, & quicquid in ea est, est omnino ex-
tra genus esse creati, per quod creatura refertur ad
Deum. Nec iterum aliquod bonum accrescit creatori
ex creaturæ productione, unde sua actio est maxi-
me liberalis, ut Avicenna dicit. Patet etiam quod non mo-
uetur ad hoc quod agat, sed absque omni sua mutatione
mutabilia facit. Unde relinquatur, quod in eo non est
aliqua relatio realis ad creaturam, licet sit relatio
creaturæ ad ipsum, sicut effectus ad causam. In hoc autem
deficit multipliciter Rabby, qui uoluit probare quod
non esset relatio inter Deum & creaturam, quia
cum Deus non sit corpus, non habet relationem ad
tempus, nec ad locum. Considerauit enim solâ re-

lationem quæ consequitur quantitatem, non eam
quæ consequitur actionem & passionem.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod mouens & agens
naturale mouet, & agit actione uel motu medio, quod
est inter mouens & motum, agens & passum. Unde
oportet quod saltem in hoc medio conueniant agens
& patientis, mouens & motum. Et sic agens in quantum
est agens, non est extraneum a genere patientis, in quan-
tum est patientis. Unde utriusque est realis ordo unus
ad alterum, & præcipue cum ipsa actio media sit quod-
dam perfectio propria agentis, & per consequens id ad quod
terminatur actio est bonum eius: hoc autem in Deo
non contingit, ut dictum est. Et ideo non est simile.

AD SECUNDUM dicendum, quod hoc quod mouens mo-
uet, non est eadem quare relatio mouentis in eo sit rea-
liter: sed signum quoddam. Ex hoc enim non apparet quod
quo modo coincidit in genus moti, ex quo & ip-
sum mouet motum. Et iterum apparet quod ipsum ad
quod mouetur, sit quoddam bonum eius, ex quo
ad hoc per suum motum ordinatur.

AD TERTIUM dicendum, quod patet dari esse filio sui
generis, cum sit agens uniuocum: non autem trahere
esse dat Deus creaturæ, & ideo non est simile.

AD QUARTUM dicendum, quod hoc nomen, Domi-
nus, tria in suo intellectu includit. Potentia coe-
cendi subditos, & ordinem ad subditos quod consequitur
potestatem, & terminationem ordinis subdito-
rum ad dominum: in uno enim relatio est intelle-
ctus alterius relatiui. Saluator ergo huius significa-
tio nominis in Deo quantum ad primum & tertium
non autem quantum ad secundum. Unde Ambro-
sius dicit, quod hoc nomen, Dominus, nomen est po-
restatis, & Boetius dicit quod dominum est potestas
quædam, qua seruus coërcetur.

AD QUINTUM dicendum, quod scientia Dei aliter com-
paratur ad res, quæ scientia nostra: comparatur enim ad eas sicut & ad
& mensura. Tales enim res sunt sicut ueritate, quales De-
i scientia eas ordinauit: ipsæ autem res sunt eadem, & mensu-
ra scientiæ nostræ. Unde sicut & scientia nostra refertur
ad res reales, & non e contrario: ita res referuntur
realiter ad scientiam Dei, & non e contrario. Unde
dicendum quod Deus intelligit res alias intelligendo se:
unde relatio diuinæ scientiæ non est ad res directæ,
sed ad ipsam diuinam essentiam.

AD SEXTUM dicendum, quod appetibile quod mouet appe-
titum, est finis: ea uero quæ sunt ad finem, non mouent appetitum
nisi ratione finis. Finis autem diuinæ uoluntatis non est aliud
aliud quam diuina bonitas. Unde non sequitur quod res alie
comparent ad diuinam uoluntatem, sicut mouens ad motum.

AD SEPTIMUM dicendum, quod corpora celestia referuntur
realiter ad inferiora sicut relationes consequentes quæ
titate per hoc quod est eadem ratio quantitatis in utroque: & in-
terum quantum ad relationes consequentes uirtutes acti-
uæ & passiuæ, quæ mouent motu per actionem media, quod
non est eorum substantia, cum aliquod bonum ipso-
rum attendatur in hoc, quod sunt inferiorum causa.

AD OCTAuum dicendum est, quod illud a quo aliquid
denominatur, non oportet quod sit semper forma
rei naturam: sed sufficit quod significetur per modum
formæ grammaticæ loquendo. Denominatur enim
homo ab actione & ab indumento & ab alijs hu-
iusmodi, quæ realiter non sunt formæ.

AD NONUM dicendum, quod si proportio intelligatur
quod determinatus excessus, nulla est Dei ad creaturam
proportio. Si autem per proportionem intelligatur habitudi-
do sola, sic patet quod est inter creatorem & creaturam
in creatura quidem realiter, non autem in creatore.

D. 1089.

8. Metaph. c. 7.
a medio.

Ad hunc modum dicendum, qd licet doctor incipiat a rebus, tamen alio modo recipiuntur rerum concepciones in mente doctoris qd sunt in natura rei, quia unumquodque recipitur in altero per modum recipientis: patet enim qd conceptiones in mente doctoris sunt immateriales, & materialiter in natura.

Ad xi. dicendum, qd distinctio ista relatiuorum secundum esse, & fm diei, nihil facit ad hoc, qd sit relatio realis. Quaedam enim sunt relatiua fm esse, quae non sunt realia, sicut dextrum & sinistrum in columna; & quaedam sunt relatiua fm diei, quae tamen important relationes reales, sicut patet de scientia & sensu. Dicuntur n. relatiua secundum esse, quando nomina sunt imposita ad significandas ipsas relationes: relatiua vero secundum diei, quando nomina sunt imposita ad significandas qualitates, vel aliquid huiusmodi principaliter, ad quae tamen consequuntur relationes. Nec quantum ad hoc differunt, utrum sint relationes reales vel rationis tantum.

Ad ultimum dicendum, qd licet posito vno relationum ponatur aliud, non tamen oportet, qd eodem modo ponatur utrumque, sed sufficit qd vnum ponatur secundum rem, & aliud secundum rationem.

ARTICVLVS XII

Utrum istae relationes temporales sint in Deo secundum rationem.

Non est modo queritur, utrum istae relationes temporales sint in Deo fm rationem. Et ut qd non. Ratio, cui non respondet res, est cassa & vanasicut Boetius dicit: sed istae relationes non sunt in Deo secundum rem, vt ex praedictis patet. esset ergo ratio cassa & vana, si essent in Deo secundum rationem.

¶ 2 Præ. Quae sunt secundum rationem tantum, non attribuuntur rebus, nisi secundum qd sunt in intellectu, sicut genus & species & ordo: sed hmoi relationes tpales non attribuuntur Deo, secundum qd est in intellectu nostro tantum, sic n. nihil esset dictu, Deus est Dominus, quam Deus intelligitur creatoris praesse, quod patet esse falsum, ergo huiusmodi relationes non sunt secundum rationem in Deo.

¶ 3 Præ. Hoc nomen, Dns, relationem significat, cum sit relatiuum secundum esse: sed Deus est Dns non secundum rationem tantum, ergo nec hmoi relationes sunt in Deo secundum rationem tantum.

¶ 4 Præ. Nullo intellectu creato exire, Deus adhuc est Dominus & creator, non aut essent res rationis nullo intellectu creato existeret, ergo Dominus & creator & hmoi non important relationes: ratio ista non.

¶ 5 Præ. Id quod est fm rationem nostram tantum, non fuit ab eterno: sed aliqua relationes Dei ad creaturam fuerunt ab eterno, sicut relationes importate in noie scie & praedestinationis: ergo hmoi relationes non sunt in Deo secundum rationem tantum.

SED CONTRA est, qd nota significat rationes sine intellectu, vt dicitur in principio Perihet. constat autem ista nomina relatiue dici, ergo oportet huiusmodi relationes secundum rationem esse.

RESPON. Dicendum, qd sicut realis relatio consistit in ordine rei ad rem: ita relatio rationis consistit in ordine intellectu. Quod quidem dupliciter potest contingere. Vno modo fm, qd iste ordo est adiuuentus per intellectum, & attributus ei qd relatiue dicitur. Et huiusmodi sunt relationes quae attribuuntur ab intellectu rebus intellectis, prout sunt intellectae,

sicut relatio generis & speciei: has enim relationes ratio adiuuenit considerando ordinem eius, qd est in intellectu ad res quae sunt extra, vel et ordinem intellectuum adiuuenit. Alio modo secundum qd huiusmodi relationes consequuntur modum intelligendi, videlicet, qd intellectus intelligit aliquid in ordine ad aliud, licet illum ordinem intellectus non adiuueniat, sed magis ex quadam necessitate consequatur modum intelligendi. Et hmoi relationes intellectus non attribuit ei, quod est in intellectu, sed ei quod est in re. Et hoc quidem contingit secundum quod aliqua non habentia secundum se ordinem, ordinate intelliguntur: licet intellectus non intelligat ea habere ordinem, quia sic esset falsus. Ad hoc autem qd aliqua habeant ordinem, oportet qd utrumque sit ens & utrumque distinctum: quia eiusdem ad seipsum non est ordo, & utrumque ordinabile ad aliud. Quandoq; autem intellectus accipit aliqua duo vt entia, quorum alterum tantum, vel neutrum est ens, sicut cum accipit duo futura, vel vnum praesens & aliud futurum, & intelligit vnum cum ordine ad aliud, dicens alterum esse prius altero. vnde istae relationes sunt rationis tantum, vt pote modum intelligendi consequentes. Quandoque vero accipit unum ut duo, & intelligit ea cum quodam ordine, sicut cum dicitur aliquid esse idem sibi. Et sic talis relatio est rationis tantum. Quandoque vero accipit aliqua duo, vt ordinabilia adiuuenit, inter quae non est ordo medijs, immo alterum ipsorum essentialiter est ordo: sicut cum dicitur relationem accidere subiecto: vnde talis relatio relationis ad quodcumque aliud, rationis est tantum. Quandoque vero accipit aliquid cum ordine ad aliud, in quantum est terminus ordinis alterius ad ipsum, licet ipsum non ordinetur ad aliud: sicut accipiendo scibile vt terminum ordinis scientiae ad ipsum, & sic cum quodam ordine ad scientiam, nomen scibilis relatiue significat: & est relatio rationis tantum. Et similiter aliqua nomina relatiua Deo attribuit intellectus noster, in quantum accipit Deum, vt terminum relationum creaturarum ad ipsum, vnde huiusmodi relationes sunt rationis tantum.

AD PRIMUM ergo dicendum, qd in huiusmodi relationibus aliquid respondet ex parte rei. Relatio creaturae ad Deum. Sicut enim scibile dicitur relatiue, non quia ipsum referatur ad scientiam, sed quia scientia referatur ad ipsum, vt habetur 5. Metaph. ita Deus dicitur relatiue, quia creaturae referuntur ad ipsum.

AD SECUNDUM dicendum, qd ratio illa procedit de illis relationibus rationis, quae sunt per rationem inuenta, & rebus in intellectu existentibus attributa. Tales autem non sunt relationes istae, sed consequentes modum intelligendi.

AD TERTIUM dicendum, qd sicut aliquis est idem sibi realiter, & non solum secundum rationem, licet relatio sit fm rationem tantum propter hoc, qd relationis causa est realis, scilicet vnitas substantiae, quam intellectus sub relatione intelligit, ita potestas eorum cendi subditos est in Deo realiter, quam intellectus intelligit in ordine ad subditos propter ordinem subditorum ad ipsum: & propter hoc dicitur dominus realiter, licet relatio sit rationis tantum. Et eodem modo apparet qd dominus esset, nullo existente intellectu. Vnde patet solutio ad quartum.

AD QUINTUM dicendum, qd relatio scientiae Dei, ad creaturam non est primo & p se, vt dictum est prius, sed ad essentiam creatoris, per quam Deus omnia scit.

Quaest. dist. Thoma. K 4 QVAE.

Li. 5. c. 5. te. tom. 1.

Li. 5. c. 5. te. tom. 1.

Li. 5. c. 5. te. tom. 1.

In corp. art. & art. prec.